Sapiens autem [illegible] non est [illegible] ac universalis veritatum omnium etiam [illegible] dubitatio, quam [illegible] Academicis et postea [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] mentire [illegible] [illegible] examine [illegible] investigetur. [illegible] itaque non extendatur ad religionis mysteria, quia foret temerarium non ad veritates [illegible] quia [illegible] foret de iis dubitare. [illegible] ab eo cavendum est in [illegible] [illegible] possunt, in istis enim [illegible] verisimilitudine [illegible] [illegible] [illegible]

Logica pars secunda Didactica, sive de ratione veritatis tum proponendae tum demonstrandae.

Non nobis ipsis tantum sapientiam comparare adlaboramus, sed etiam, ut illam aliis communicemus: bonum enim est sui diffusivum [illegible] neque per nos ipsos tantum sapientiam adipiscimur [illegible] [illegible] nostra mens [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cla norma uti possimus, tum etiam ne aliis, ad quos quidem nos spectat, [illegible] igitur in superiori parte egimus de ratione veritatis [illegible] [illegible] rei jam postulat [illegible] [illegible] [illegible] agemus de vocabulis, seu terminis, quibus [illegible] [illegible] num compositione [illegible]

cinia

tinia ex additionum uniane descendentia in quarto de sofismatibus et fallaciis, quę promanant ex falsis judiciis et ratiociniis eorum, qui ratione vel non utuntur, vel abutuntur: in quinto de regulis attendendis et servandis in disputationibus et controversiis; in sexto [illegible]

[illegible] Caput I.

De vocabulis seu terminis, qui idearum vel notionum signa sunt.

[illegible] ratione vel [illegible]

[illegible] fieri potest nisi per [illegible] quę [illegible]

sensa palam faciant.

[illegible] naturale est vel arbitrarium [illegible] Artificiale vero [illegible] N. 188. [illegible]

[illegible] naturalia signa quę [illegible] indicia externa quę [illegible] animi sensus concomitari [illegible] amore et [illegible] in dolore [illegible] naturalia signa, quę aliquo modo etiam in brutis animantibus manifestantur. Si vero quis [illegible] non ex naturę mechanismo [illegible] tione et [illegible] tunc evadunt artificialia. Tene[redacted] signa [illegible] ex naturę [illegible] vel [illegible] est [illegible] clamore [illegible] est [illegible] notione [illegible] connexione [illegible] ut novum sibi [illegible] quos aliquo pacto etiam in brutis animadvertimus, etsi [illegible] lia signa, arbitraria tamen sępe evadere unusquisque facillime noverit

N. 123 [illegible] vocan[illegible] Inter arbitraria sive artificialia signa præcipuum et [illegible] hominis [illegible]
[illegible] vocabulum. Per vocabula autem [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] Philosophis vocan-
tur termini [illegible] determinatam aliquam ideam [illegible]

[illegible] Proprium [illegible] hominis esse articulatis [illegible] [illegible] intima animi sensa exponere
in comperto est. [illegible] vi eruditiva [illegible] non [illegible] aliquando
[illegible] [illegible] que [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] fuerit [illegible]
[illegible] hominum vocabulis [illegible] [illegible]
[illegible] hominis [illegible] quod tamen etiam a brutis fieri nemo nisi
insaniens dixerit. Bruta enim neque ideam neque notionem habent connexam
vocibus, que proferunt.

N. 124. [illegible] vocabulorum [illegible] maxime necessarie. Inter vocabulorum species, que sunt octo, et a grammaticis orationis nom-
[illegible] [illegible] maxime [illegible]
[illegible] [illegible] dictum est [illegible] parte prima
[illegible] [illegible] affirmatione [illegible] negatione convenientie [illegible]
[illegible] interse. [illegible] vero [illegible] ideam vel notionem [illegible]
[illegible] subjectum aliquod [illegible] vel [illegible] alicuam qualitatem
[illegible] affirmatur [illegible] e. g. [illegible] est [illegible]
[illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Phisica vel moralia expri-
[illegible] qualitate [illegible]

[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] nomine [illegible]
[illegible] affirmationem [illegible] [illegible]
particula non conjuncta [illegible] verbo [illegible] vel negationem [illegible]
[illegible] [illegible] varia [illegible] [illegible] affirmata exterius par-
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
ticula conjuncta cum signo affirmationis, vel negationis.

[illegible] 125 [illegible] terminis. Multe et varie sunt terminorum species quia multe et diverse sunt [illegible]
[illegible] [illegible] terminus est singularis vel [illegible] unum
[illegible] [illegible] hic homo [illegible] est specificus, si speciem, vel homo:
est

est genericus ad genus, ut animal.

II. Concretus qui exprimit ideas aut notiones concretas; abstractus qui abstractas denotat. Bonus est terminus concretus, bonitas est abstractus.

III. Simplex qui sibi respondentem ideam vel notionem uno vocabulo exponit ut saxum; complexus qui pluribus vocabulis ut corpus opacum.

IV. Qui exprimit entia realiter existentia, vel ut vestis, arbor, etc. physicus; qui vero entia mere intellectualia et moralia enunciat, vel ut virtus, vitium et cetera methaphysicus appellatur.

V. Terminus exprimens rerum existentiam positivus; exprimens privationem vel defectum rei negativus audit. Lux e. g. est terminus positivus, tenebrae est negativus.

VI. Proprius dicitur terminus quando sumitur in sensu suo originali, e. g. quies corporis; quando sumitur in sensu translato et figurato dicitur methaphoricus e. g. quies animi.

VII. Univocus qui pluribus rebus tribuitur sub eadem significatione, e. g. animal etc. equivocus dicitur qui pluribus sub diversa significatione tribuitur, e. g. taurus, aries, pisces per quos et animalia, pisces, et constellationes significantur.

VIII. Terminus dicitur clarus qui vel ideam aut notionem claram exprimit vel eam clare significat; obscurus, qui ideam vel notionem obscuram exponit vel obscuro modo illam explicat.

IX. Fixus dicitur terminus qui ad unam determinatam rem significandam semper usurpatur e. g. triangulum, quadratum etc.; vagus qui sub vario sensu accipitur et qui non satis est determinatus, e. g. honor, fortitudo, animositas, et ceteri hujusmodi vocabula, quae diverso sensu a multis usurpantur; inanis qui nullam nullo modo ideam exprimit e. g. blictri, lignum ferreum etc.

X. Analogus vocatur terminus qui pluribus tribuitur ob quandam similitudinem, e. g. homo vivus et pictura viva; sinonimus qui eandem rem et eodem modo significat, ac alius, e. g. corpus et corium, ensis et gladius.

Termini porro sumi possunt vel quatenus sunt soni vocis articulatae, vel quatenus exprimunt et significant notionem et ideam aliquam. Primo modo dicuntur termini materialiter, secundo modo formaliter. Scolion.

Cum aliquem alloquimur, ideo certe vocibus utimur, ut ab illo intelligamur. §. 123. Vocabulorum usus.
Intelligimur vero quando ipse iisdem vocabulis easdem notiones et ideas, quas nos exprimere volumus. Itaque summopere conveniens est, ut ... haec observanda sunt.

Primo

I. Abstinendum est a terminis obscuris, equivocis, vagis et inanibus, quia inepti sunt ad excitandas in aliis ideas vel notiones claras. Ad id opus est, ut illee et [illegible] ejus qui loquitur sint precise, atque ab illo optime cognoscatur vocabulorum sensus, [illegible] vel non, et vocabuli vim non satis agnoscat, potius se [illegible].

II. Vocabula que in communi usu determinatam significationem habent, debent in eo sensu accipi [illegible]; non enim ex loquentis arbitrio pendet vocabulorum significationem immutare. Que vero vocabula modo in uno modo in alio sensu accipiuntur et in [illegible] [illegible] [illegible] prout [illegible] contingit in terminis [illegible], alium definienda sunt juxta sensum in quo accipiuntur, et in eodem sensu usurpanda in toto orationis decursu. Quod quidem locum habet potissimum quando [illegible] terminus est assumendus ad novam ideam vel notionem exprimendam vel quando rei qualitas existit, ut usurpetur termi: ni ignoti illis, quibus cum sermo habetur.

III. Termini metaphorici et figurati nonnisi cum grano salis sunt usurpan: di, precipue in rebus philosophicis, eo quod equivoci, [illegible] [illegible] [illegible]. Ubi ejusmodi sint, in quos equivocatio ob usum communem cadere non potest, ut si quis dicat animi [illegible] phantasie vivacitas &c.

IV. Demum omne studium in eo reponendum, ut qui loquitur, intelliga: tur et utatur terminis magis aptis et [illegible] ac promte clare et precise intimos animi sensus exponendos. Sane cum inter artifices opifices etc. unusquisque alter alterum ita intelligat, ut partes sibi injunctas unusquisque ad amussim adimpleat; nonne indecorum foret, si Philosophi ignorarent [illegible] [illegible] [illegible] sensum quo intelligi possent ab iis, qui legunt eorum verba fa: [illegible]?

Caput II.
De propositione.

§ 123
Def. propositionis, ejusque partes

Judicium mente [illegible] verbis expressum propositio sive enunciatio appellari solet. [illegible] [illegible], [illegible] requiritur verborum series qua [illegible] [illegible], [illegible] con: [illegible] [illegible] [illegible], e.g. homo est mortalis; homo non est lapis. Prima enunciatio est affirmativa, secunda est negativa.

Tres autem sunt propositionis partes, subjectum, predicatum, et copula. Subjectum est terminus exprimens rem de qua sermo est, predicatum est terminus exprimens qualitatem vel determinationem, que de subjecto affirmatur vel negatur; copula est verbum sum, quod subjectum cum predicato conjungit. et si quidem [illegible], in

dicat

dicat affirmationem, exprimit vero negationem, si adnexam habeat particulam non. In prima ex adductis propositionibus homo est subjectum, mortalis praedicatum, est copula. Termini exprimentes subjectum et praedicatum propositionis dicuntur extremi quia unus in initio alter in fine propositionis ponitur: subjectum dicitur extremum minor quia minus late patere solet; praedicatum vero sive attributum dicitur extremus major quia majorem extensionem solet habere.

Subjectum exprimi solet per nomen substantivum vel per terminum aequivalentem; attributum vero sive praedicatum per nomen adjectivum: e.g. otium est perniciosum. Interdum etiam attributum videtur esse substantivum, ut si dicam otium est vitium; sed revera substantivum non est. hic enim est hujus propositionis valor: otium est unum ex vitiis seu ex vitiorum numero. Saepe etiam copula subauditur, ut in hac propositione desiderium sapientiae laudabile: aliquando latet in verbo adjecto, ut in ista: Deus testatur. Quandoque praedicatum in verbo continetur, velut in hac: ego sum, quasi dicam, ego sum existens, quandoque subjectum ut sum potens; interdum praedicatum et subjectum, e.g. vivo. Contingit etiam ut multae voces simul conjunctae unam exhibeant propositionem dummodo unicum subjectum et unicum attributum habeant, atque caeterae voces referantur ad subjectum vel ad attributum tamquam determinationes et qualitates. Si dicero: Titus Romanorum imperator post defunctum Vespasianum patrem suum regnavit solus duobus annis, omnes hae voces unicam sunt propositionem, quia de subjecto Titus praedicatur quod regnaverit. Caetera non exprimunt nisi determinationes temporis et praeditorum, quibus imperavit. Item propositiones plures ad unam revocari possunt: e.g. hae duae, Marcus Tullius Cicero fuit consul, Marcus Tullius Cicero fuit [illegible] unica enunciatione exprimi possunt dicendo: Marcus Tullius Cicero fuit consul et orator.

Enunciationes vel spectantur ratione materiae vel ratione formae. Ratione materiae sunt vel simplices, vel complexae, vel compositae. Ratione formae sunt vel necessariae vel contingentes vel possibiles, vel impossibiles.

Simplex dicitur propositio quae unicum subjectum et praedicatum habet atque in alias resolvi non potest: e.g. Corpus est grave.

Complexa dicitur illa cujus termini sunt complexi, seu alias propositiones complectuntur diversas a principali ut si quis dicat: Deus [illegible] [illegible] aeterno existit a tota aeternitate.

Scolion.

N. 128. Enunciationum partitio.

N. 129 Sim. propositio simplex.

N. 130. Sim. complexa.

Sequior. Propositiones contentae in terminis complexis et quae sunt a principali diversae, dicuntur incidentes. Porro istae vel inserviunt tantum ad ornatum et explicationem, et explicativae audiunt, vel coercent et determinant extensionem subjecti aut praedicati et restrictivae nominantur. In hac propositione: Alexander magnus invicti animi dux fregit cum paucis copiis immensum Persarum exercitum. illa incidens magnus est restrictiva quia coercet subjectum indicando illum praecise Alexandrum, de quo sermo est; item alia incidens Persarum est pariter restrictiva, quia patefacit ex qua gente fuerit exercitus, quem superavit. E contra illae incidentes invicti animi Dux paucis copiis, immensum cum non attineant ad propositionis essentiam, exornativae vel explicativae sunt. Ex quibus apparet, incidentes restrictivas facere partem essentialem principalium, et idcirco plurimum interesse de earundem veritate vel falsitate; nihil vero principalium interesse sive verae sive falsae sint incidentes explicativae, quia in principalium veritatem vel falsitatem non influunt. Quare in propositionibus nostris curandum est, ut omnes partes essentiales sint verae; deinde ut verae sint etiam accidentales incidentes, eo quod contingere potest, ut in propositione composita illa videatur esse principalis, quae tantum incidens est. Si igitur de incidentium explicativarum veritate non constet, vel sunt omittendae, vel cum dubio asserendae. In propositionibus autem [illegible] examinandum est, quaenam sint partes essentiales, et quaenam accidentales, ut deinde concludi possit, num earum veritas vel falsitas influat in principalem, vel in accessorias.

N. 131. [illegible] compositae ex compositis.

Composita ea dicitur, quae multiplici subjecto, vel praedicato constat, vel plurali: mul subjecta et praedicata habet. Compositio vero haec vel recondita est et paulo obscurior, vel manifesta et patens. In primo casu propositio composita dicitur implicita, sive exponibilis; in secundo vocatur explicita.

N. 132. Compositae exponibilis divisio.

Propositiones, quae ideo exponibiles dicuntur quia etsi prima fronte simplices videantur, sensum tamen habent, in quo compositio latet, in quatuor classes distribuuntur. Primae dicuntur exclusivae, quae affirmant praedicatum uni convenire subjecto, vel subjectum uni praedicato, ita ut cetera omnia excludantur atque [illegible] ex particula tantum solum etc.; e.g. Deus tantum est omnipotens. Secundae dicuntur exceptivae in quibus una negatur quidquid affirmatur de aliis omnibus ad eamdem classem pertinentibus et cognoscuntur a particulis praeter, excepto etc.: e.g. Omnia sunt mortalia praeter [illegible]. Tertiae sunt comparativae, in quibus una ex rebus ad invicem comparatis alteri praefertur: e.g. Bona futura vitae aeternae plus sunt diligenda, quam bona caduca vitae praesentis. Quartae sunt vel inceptivae, vel quae indicant alicujus rei initium, vel desitivae, quae

rei cessationem vel finem exponunt: e.g. Seculo decimo quinto defecit in Oriente Romanorum imperium. Post concilium Tridentinum res litteraria magnum cepit in Europa incrementum.

N. 133.

Enunciationes, quarum manifesta est compositio, in sex classes partiuntur. Primo enim dicuntur copulativę seu conjunctivę, quę per particulas conjunctivas vel affirmativas vel negativas plura simul connectunt attributa vel subjecta: e.g. Plato et Aristoteles fuere Philosophi: nec divitię nec voluptates reddere possunt felicem hominem improbum. Secundo sunt disjunctivę, in quibus membra disjunguntur per particulas vel aut etc: e.g. Omnis substantia vel est corpus vel spiritus. Tertio nominantur conditionales seu hypotheticę in quibus posita tamquam vera re una, asseritur veram esse debere etiam aliam, et copulant sua membra per particulam si: e.g. Si ens contingens existit, etiam necessarium existere debet. Quarto appellantur causales, in quibus partes uniuntur per particulas quia ut etc: e.g. vitia nostra defendimus, quia ea amamus. Quinto relativę nuncupantur, quę mutuam inter duas res ad invicem relationem exprimunt: e.g. Qualis vita finis ita. Sexto discretivę, in quibus de eodem subjecto unum attributum affirmatur et alterum negatur, vel unum prędicatum de uno subjecto affirmatur, de altero negatur: e.g. Qui trans mare currunt, cęlum non animum mutant: Nec divitię, nec natalium splendor, sed sapientia et virtus verum meritum constituunt.

N. 134. Pura et modalis.

Pura dicitur illa Propositio, quę non exprimit modum quo prędicatum tribuitur subjecto; e.g. Circulus est rotundus. Modalis vero illa appellatur, quę modum exponit, quo prędicatum subjecto convenit vel repugnat; e.g. Orto sole necessario dies est. Nempe quemadmodum prędicatum et subjectum constituunt enunciationis materiam, sic forma repetitur a conjunctione prędicati cum subjecto. Atque hinc enunciatio modalis, diversatione formę vel est necessaria, vel contingens, vel possibilis, vel impossibilis.

N. 135. Necessaria, contingens, possibilis, impossibilis.

Necessaria est, cujus termini necessario cohęrent; in exemplo: prima causa necessario existit: contingens, cujus termini etsi conjungantur fortuito tamen conjunguntur; e.g. contingit etiam homines sagacissimos falli: possibilis, cujus termini possunt cohęrere. e.g. tu eris Poeta: impossibilis, cujus termini simul stare non possunt; e.g. impos-

sibile est circulum esse quadratum.

N. 136. Enunciationis qualitas et quantitas.

Enunciationis affirmatio vel negatio, quarum alterutra semper locum habet, ejusdem qualitas dicitur: major autem vel minor subjecti extensio et universalitas vocatur quantitas propositionis. Qualitate semper affecta esse debet quaevis propositio, quia convenientiam vel discrepantiam praedicati cum subjecto affirmet, aut neget oportet. ast quantitate possunt propositiones esse variae atque multiplices.

7. Propositio universalis, singularis, particularis et indefinita.

[illegible] ... omnis homo est mortalis ... universales appellantur ... aliquis homo ... numeratur particulares ... [illegible] ... velut: Antichristus est vera nobilitas.

[illegible] ... exhortum fuit numero rente. ... tamen ... autem ... [illegible] ... dicitur propositio ... propositio affirmans ... [illegible] ... propositionem ... [illegible] ... Antichristus ... [illegible] ... negari ... quando omnino ... non potest.

[illegible] ... universaliter ... [illegible] ... est ... [illegible]

N 138. Quae propositiones oppositae, et quot oppositionis.

Duae propositiones, in quarum una de eodem subjecto idem praedicatum affirmatur, quod negatur in alia, oppositae dicuntur. Oppositio itaque est pugna duarum propositionum idem subjectum et idem praedicatum habentium.

N. 139. Quę contradictorię, et quid contradictio?

Contradictorię dicuntur hę, quarum prima est universalis altera particularis, vel utraque singularis: e. g. omnis homo est justus. aliquis homo non est justus. Omerus est princeps poetarum Grecorum: Homerus non est princeps poetarum grecorum. Contradictio itaque est affirmatio et negatio ejusdem predicati de eodem subjecto, secundum eundem respectum.

Corollarium.

Ex hinc colligitur, enunciationes contradictorias et qualitate et quantitate pugnare, atque impossibile esse, ut sint simul verę; secus enim idem simul esset et non esset.

N. 140. Quid contrarię?

Contrarię sunt illę, quę ambę universales sunt e. g. Omnis avarus est nequam: nullus avarus est nequam.

Corollarium.

Contrarię igitur qualitate tantum pugnant. Ambę numquam possunt esse verę; bene vero ambę possunt esse falsę, ut si dicas. omnis homo est honestus: nullus homo est honestus. Una etiam potest esse vera, et altera falsa: e. g. omnis virtus est amplectanda: nulla virtus est amplectenda.

N. 141. Quid subcontrarię?

Subcontrarię dicuntur illę, quę sunt ambę particulares. e. g. Aliqui homines sunt Philosophi: aliqui homines non sunt Philosophi.

Corollarium.

Ergo etiam subcontrarię sola qualitate pugnant. Ambę possunt esse verę ut in dato exemplo. vel una potest esse vera, et altera falsa: e. g. aliquis homo est mortalis: aliquis homo non est mortalis: non possunt tamen esse ambę simul falsę.

Scolion.

Predictis addere solent scolastici etiam subalternas, quę habentur, dum in una enunciatione, idem subjectum est terminus universalis et in altera particularis, atque eadem in utraque qualitas, non vero quantitas. Enunciationem autem, in qua subjectum est terminus universalis subalternantem appellant; illam vero, cujus subjectum est terminus particularis, vocant subalternatam: e. g. hęc propositio. omnis machina, quo simplicior, eo perfectior est, erit subalternans; ista autem. quędam machina, quo simplicior, eo perfectior, erit subalternata. Ast si oppositionis natura attendatur, propositiones subalternę inepte recensitę fuere inter oppositas. Si enim omnis machina quo simplicior eo perfectior est, etiam quędam machina utpote sub omni contenta talis esse debet

N. 142. Quid conversio propositionum?

Si ex subjecto fiat predicatum, et ex predicato subjectum, propositionum conversio habetur. Id porro vel contingit simpliciter, quando quantitas manet eadem; vel per accidens, quando universalis in particularem mutatur, vel per contrapositionem, quando servata quantitate negatio transfertur ad attributum. In exemplo si dicam: omne triangulum est spacium tribus lineis clausum; omne

spaci

spacium tribus lineis clausum est triangulum. Enunciationes erunt simpliciter conversę: si dicam: omnes planetę sunt corpora opaca: quędam corpora opaca sunt planetę erunt per accidens conversę: si demum dicam, aliqua animalia non sunt homines: aliqui non homines sunt animalia, erunt per contrappositionem conversę.

N. 143
Quid equipolentia?

Equipolentia habetur, cum idem judicium diversis terminis exprimitur: e. g. Statutum est omnibus hominibus semel mori: nemo hominum est, cui non statutum sit semel mori. Oppositio, subalternatio, conversio, equipolentia sunt famosę in Peripato propositionum proprietates, quę si oppositionem excipiamus Sophistarum concertationibus percommode errant.

N. 144.
Propositio teoretica et practica.

Aliqua addenda supersunt de propositionibus, quę in methodo scientifica distinguuntur. Propositio, quę enunciat solam predicati convenientiam cum subiecto, vel ejus discrepantiam, Teoretica dicitur: e. g. Equalia uni tertio sunt equalia inter se. quę vero asserit quid vel quomodo aliquid fieri possit aut debeat, aut postulet practica nuncupatur: e. g. tantum cibi et potus sumendum est, ut vires reficiantur, non opprimantur.

N. 145
Axioma et postulatum.

Propositio teoretica per se manifesta et evidens, adeoque indemonstrabilis, axioma dicitur, velut ista: totum est majus sua parte. Propositio practica per se patens et certa adeoque indemonstrabilis vocatur postulatum, velut hec: e quovis centro et intervallo circulus describi potest.

N. 146
Teorema et problema.

Propositio teoretica quę vult demonstrari, teorema dicitur talis esset ista: anima umana est spiritus. Propositio practica, quę probatione opus habet, problema nuncupatur cujusmodi esset ista: data ora altitudinem solis metiri.

N. 147.
Lemma.

Propositio ex alia scientia vel scientię parte quasi mutuo accepta, et alteri demonstrandę premissa lemma vel porisma nominatur. Tales sunt multę propositiones, quas Phisici et Astronomi ad suas demonstrationes confirmandas ex geometria supponunt.

N. 148.
Definitio

Propositio distincte et determinate rem vel rei nomen explicans, definitio appellatur, cujusmodi esset hec: homo est animal ratione preditum.

Corollaria nuncupantur illæ propositiones, quæ revera et sua sponte profluunt ex veritatibus jam stabilitis ex demonstratis. Ex demonstrata hac propositione otium ad omnia mala viam sternit, sequitur etiam a progressu in litteris faciendo studiosos removere. N. 149 Corollarium

Demum scolia nominantur adnotationes quædam seu explicationes, quibus vel obscura declarantur vel ad dubia respondetur, vel usus doctrinæ indicatur, vel propositiones superiores clarius dilucidantur, vel monita exhibentur, vel historia enarratur etc. N. 150. Scolia.

Caput de Argumentatione.

N. 151. Quid argumentatio et argumentum?

Quid per ratiocinium intelligatur jam vidimus prima parte numero 27. Jam vero illa oratio, quæ exponit ratiocinium mente conceptum, argumentatio vocatur. Motiva autem et rationes, quæ afferuntur ad probandum, argumenta dicuntur.

Cum ex dictis numero 28 tres ideæ ad ratiocinium constituendum occurrant, duæ quæ comparantur, et tertia quacum fit comparatio; item cum post factam idearum collationem cum tertia ad perspiciendum num hæ ad tertiam pertineant necne, duo judicia efformemus ex quibus tertium sua sponte fluit: patet tantundem etiam argumentatione exprimi debere. Sic volens probare, venus esse corpus opacum assumit planetam tamquam tertiam ideam, atque hanc argumentationem conficit: Planetæ sunt corpora opaca; Venus est planeta: ergo venus est corpus opacum. Duo prima judicia, in quibus duæ ideæ cum tertia vel media conferuntur, seorsim, simul sumpta efformant illam argumentationis partem, quæ dicitur antecedens; tertium judicium, in quo duæ illæ ideæ inter se conferuntur alteram constituit partem, quæ consequens nominatur. Quare in legitima argumentatione consequens ex antecedente profluat oportet, et cum illo connectatur: atque id nexus dicitur consequentia. Antecendens et consequens, materia; consequentia autem forma argumentationis a Dialecticis solet appellari. Corollarium.

N. 152. Argumentationis species. Quid sillogismus?

Variæ numerantur argumentationis species, quæ sunt sillogismus, Entimema, Epicheremma, Dilemma Sorrites, Prosillogismus, inductio, et Exemplum.

Sillogismus, qui apud Dialecticos inter argumentationis species principem locum obtinere solet, est argumentatio tria judicia exprimens per tres enunciationes ita dispositas ut ex duabus primis tertia legitime inferatur. e.g. Quidquid cogitat est simplex; anima umana cogitat: ergo est simplex. Sillogismus autem erit affirmativus, cujus conclusio affermativa erit, velut in adducto exemplo.

Erit negativus, si ejus conclusio fuerit negativa: talis est iste: Corpus non cogitat: sed anima humana cogitat: ergo non est corpus.

Scolion. Preter consequentiam seu formam, de qua in corollario post numerum 151 diximus, termini etiam et propositiones in Sillogismo sunt distinguendæ. Termini respondent tribus ideis, que comparantur, et terminus minor dicitur, qui in ultima propositione subiectum agit, major qui in eadem propositione est attributum vel predicatum, medius, qui exprimit tertiam ideam, quacum reliquæ comparantur. Termini major et minor dicuntur extremi. Primæ duæ propositiones vocantur premissæ et quidem premissa major illa, in qua terminus major cum medio conjungitur, premissa minor ea in qua minor terminus cum medio consociatur: illa vero propositio in qua duo termini extremi inter se copulantur, conclusio vel consequens appellatur.

N. 153. Quotuplex Sillogismus? Sillogismus vel simplex est vel compositus. Simplex ille dicitur, cujus propositiones omnes sunt simplices, compositus ille, cujus aliqua propositio est composita.

N. 154. Leges Sillogismi simplicis. Varias figuras et modos, quorum capax esse posset Sillogismus, recensere moris erat apud Scolasticos quos tamen adnumerare non attinet. Preter figuras et modos Sillogismorum statuerunt etiam Dialectici aliquas regulas, que hisce versibus continentur.

Terminus esto triplex, major, mediusque, minorque.
Latius hos, quam premissæ conclusio non vult.
Tertia lex esto: medius concludere nescit.
Aut semel, aut iterum medius generaliter esto.
Nil sequitur geminis et particularibus unquam.
Utraque si premissa negat, nihil inde sequetur.
o cav. { Ambæ affirmantes nequeunt generare negantem.
Pejorem semper sequitur conclusio partem.

Primo igitur tres et non plures terminos habere debet Syllogismus: est enim ut ex definitione patet, comparatio duorum terminorum cum tertio.

Secundo. Termini in conclusione nec latius nec strictius summi debent quam in premissis, aliter enim termini valorem mutarent et plures evaderent, quam tres contra regulam primam.

Tertio. Medius terminus numquam debet ingredi conclusionem: etenim cum illo comparantur duo extremi in premissis ut unus cum altero possit

et.

affirmari vel negari in conclusione.

Quarto. Terminus medius in alterutra saltem premissarum universaliter sumendus est. Si enim in utraque particulariter sumeretur extremi non compararentur cum uno tertio, sed quilibet cum alio adeoque plures, quam tres termini essent in Syllogismo contra primam legem. Ab hac vero lege excipiuntur Syllogismi, cujus premissæ sunt singulares.

Quinto. Ex premissis particularibus nulla fit conclusio. Namque si utraque sit affirmativa, extremi eque ac medius terminus sunt particulares, adeoque medius in ne: utra premissarum universaliter sumitur, quod est contra legem quartam. Sive: ra una premissarum sit negativa et in ea medius terminus sit subiectum, vix in neutra premissarum universaliter sumitur, eo quod sit subiectum premissæ particularis. Quod si medius predicati vices gerat, accipietur is quidem univer: saliter, sed non extremi; et in conclusione, quæ negans erit, unus extremorum, nempe predicatum sumetur universaliter adeoque latius quam in premisso contra legem secundam. Ista vero lex non valet in propositionibus singularibus, vel quæ singularibus equivalent, et in quibus terminus singularis aut singulari equi: valens agit terminum medium: e. g. Judas fuit Christi discipulus sed Judas fuit proditor Christi: ergo aliquis Christi discipulus fuit ejusdem proditor.

Sexto. Ex puris negativis nihil concluditur. Si enim utraque premissa negat, neuter extremorum cum medio termino convenit adeoque nulla est consecutio. Ad hanc vero legem non pertinent hii syllogismi, qui etsi videantur ex puris ne: gativis constare, alteram saltem premissarum affirmativam habent, ideoque recte concludunt. Hic Syllogismus: Punctum hoc non est in principio lineæ; sed ne: que est in fine, ergo est infra lineam, quamquam ex premissis negativis com: positus appareat, tamen recte concludit, equivalet enim huic: Hoc punctum vel in principio, vel in fine lineæ, vel infra lineam sit oportet; atqui neque est in princi: pio, neque in fine: ergo infra esse debet.

Septimo. Ex premissis affirmativis non potest concludi negative. lex hæc ex principiis ratiocinii est manifesta.

Octavo. Conclusio imitari et sequi debet partem debiliorem: id est si una premis: sarum est particularis, etiam conclusio particularis sit oportet. Si una premissarum sit negativa, etiam conclusio negativa esse debet. Atque hæc patent ex lega secun: da. Section 2.

Auctor artis cogitandi post minute expositos modos et figuras syllogismorum necnon leges a nobis propositas jacit hoc generale principium habendum ad instar omnium re-

gulanum pro Syllogismis Indicandis. Quoties cumque una premissarum consequens in
se comprehendit, et altera eam comprehensionem indicat, toties legitimus est Syl:
logismus. Propositio, que continet consequens, dicitur continens, que vero illud indicat,
exponens vocatur. Porro in Syllogismis affirmativis propositio universalior premissarum
que continens est, et minus universalis est exponens. In negativis vero premissa ne:
gativa sive major sive minor sit semper habenda est pro continente. e.g. in hoc
Syllogismo: Evangelium spondet salutem christianis; quidam impii sunt christiani:
ergo Evangelium salutem spondet quibusdam impiis: falsa est consequentia, nam
propositio universalior non continet conclusionem, utpote quia non absolute enunciabi:
lis, sed sub conditione servandi divina mandata, quod impii non faciunt. Sic etiam
in hoc negativo: que usui sunt in Pharmaceuticis, non sunt noxia: atqui venena ali:
quando usui sunt in Pharmaceuticis; ergo venena non sunt noxia: falsa consequen:
tia; non enim continetur in negativa universali, eo quod venena non absolute sunt usui
in Pharmaceuticis, sed sub conditione precedentis correctionis.

Scolion.

Ad has regulas aliam addjicimus, que universalis est, atque ex ipsa Syllogismi na:
tura pendet. Syllogismus simplex consistit 1. in propositione universali, qua attribu:
tum aliquod a certo rerum classe removetur, vel eidem tribuitur: 2. in propositione
particulari vel singulari qua affirmatur vel negatur, rem de qua agitur, ad eam clas:
sem pertinere: 3. in complexione, qua concluditur, illud attributum etiam rei, de qua
agitur, convenire vel non convenire! Quare Syllogismus affirmativus bene concludet,
quando res, de qua agitur, ad determinatam classem pertineat, et illud predicatum ad hanc
classem universim spectet. Verum est e.g. aerem esse corpus, quia aer est gravis, et
quidquid grave est, corpus est. Item ut Syllogismus negativus bene concludat, alterutrum
horum requiritur, vel ut res de qua agitur, ad illam non spectet classem, cui soli il:
lud predicatum convenit; atque hoc modo bene concludimus materiam e.g. non cogitare,
quia non est simplex, et quidquid cogitat, necessario simplex esse debet: vel ut res, de qua
agitur, ad aliquam classem pertineat, cui illud predicatum convenire non potest: atque
sic rite concludimus materiam non posse cogitare, quia composita est, et quidquid com:
positum est cogitare non potest. Regula hec facem prebebit ad quemcumque sive affir:
mativum, sive negativum Syllogismum discernendum.

Ut autem applicari possit hec regula ad omnes omnino Syllogismos, anima:
vertendum est Syllogismos aliquos, in quibus nulla adest universalis propositio, sed
ambe premisse sunt vel particulares vel singulares, revera non esse nisi Entimemata
de quibus inferius in quibus propositio universalis subauditur, et minor in duas pro:
positiones dividitur. e.g. hec argumentatio: anima est substantia cogitans; materia
non est substantia cogitans: ergo anima et materia non sunt una et eadem substantia
videtur esse Syllogismus, sed reapse est Entimema, quia manifesto subintelligitur hec
universalis propositio: ea que essentialiter ab invicem differunt, nequeunt esse una et
eadem

eadem substantia.

Si quid in Syllogismo desit vel ratione materiæ, vel ratione formæ, erit Paralogismus, sive Syllogismus falsus. Et quidem erit falsus ratione materiæ si alterutra premissarum sit falsa; falsus ratione formæ, si consequentia legitime non profluat ex premissis. N. 154. Syllogismus quando falsus

Ratione formæ peccat Syllogismus, quando in eo plures quam tres termini inserantur, cujusmodi esset iste: sal facit bibere; bibere extinguit sitim: ergo sal extinguit sitim, in quo sal accipitur primo tamquam causa sitis, et deinde tamquam causa extinctionis sitis; et bibere sumitur primo tamquam effectus sitis, quam efficit sal et postea tamquam causa extinctionis sitis. item iste: quidquid accendit verus ignis est; furor animam accendit; ergo furor est verus ignis plures quam tres terminos habet, quia accendere sumitur primo in sensu proprio deinde in sensu metaforico. N. 155. Ratione formæ.

Quare sedulo curandum est, ut termini accipiantur in eodem precise sensu sub omnibus respectibus et comparationibus, quæ instituuntur. Cum enim Ratiocinium situm sit in comparatione duarum idearum cum tertia quadam, ut ex earum convenientia vel discrepantia colligatur num inter se conveniant vel discrepent: etiam Syllogismus consistere debet in demonstrando duas primas ideas cum tertia convenire vel non con. Quod si terminorum aliquis et precipue medius in diverso sensu accipiatur, quatuor aderunt termini, ex quibus jam nihil poterit concludi, quia terminis majori et minori deerit mensura communis, quocum comparentur. Ex examine vero propositionis generalis facile dignoscitur vitium Syllogismi quatuor terminos habentis. Sic in primo ex adductis Syllogismis hæc propositio subintelligitur: quidquid sitim movet, sitim extinguit, quæ falsa est, sitis [enim] extinguitur bibendo non sitim movendo.

Ratione materiæ est vitiosus Syllogismus, quoties premissa et presertim universalis propositio falsa est. Iste Syllogismus: bruta habent corpus et animam: sed quod habet corpus et animam est homo: ergo bruta sunt homines. vel quod habet corpus et animam est homo; sed bruta habent corpus et animam: ergo bruta sunt homines. Concludit ratione formæ, sed falsus est ratione materiæ, nempe premissæ universalis, quia ad hominis essentiam non sufficit corpus et anima N. 156. Ratione materiæ.

quæ:

quecumque, neque quidquid corpus et animam habet, pertinet ad humanam speciem. Cum hi Sillogismi: itali sunt Christiani; Hispani sunt Christiani: ergo Hispani sunt itali: sive: Sinenses non sunt indi. Sinenses non sunt Persę: ergo Sinenses sunt Turcę, falsi sunt precipue ratione materie, nempe propositionis universalis, que subauditur. Ceterum hi duo etsi videantur Syllogismi, tamen revera, ut dictum est in Scolio 2 post numerum 123 non sunt nisi entimemata, quorum primo subintelligitur hęc universalis Propositio: Omnes christiani sunt unum et idem. secundo ista. Homines qui neque Indi, neque Persę sunt, Turcę sunt. Que propositiones si addiciantur prefatis argumentationibus, nihil in illis argui potest quoad formam, sed tantum quoad materiam, nempe falsitatem propositionis universalis.

Corollarium

Ex quibus inferendum est 1. dari Sillogismos apparentes qui revera non sunt nisi Entimemata et quorum vitium positum est in materia, sive in falsitate propositionis universalis: Secundo, regulam expositam in Scolio 2 post numerum 123 aptam esse et opportunam ad ferendum judicium de omnibus Syllogismis tum veris tum falsis, tum apparentibus, tum ratione formę tum ratione materię.

N. 107 Quotuplex Sillogismus compositus?

Syllogismus, cujus premissarum una composita est, compositus dicitur. atque prout hic sumitur, dividitur in conditionalem et copulativum et disjunctivum.

N. 108 Quid conditionalis et ejus leges?

Conditionalis sive ipoteticus dicitur ille cujus major est conditionalis ea ratione distributa, ut una pars minorem constituat et altera conclusione deducatur. Talis est iste: Si sol lucet dies est. sed sol lucet: ergo dies est. Propositionem conditionem continens dicitur antecedens, que vero complectitur id quod sub conditione affirmatur vel negatur, consequens audit.

Que sunt ejus leges. Prima. Si in minore affirmatur antecedens, in conclusione affirmandum est consequens: si in minore negatur consequens in conclusione negandum est antecedens. Secunda. A negatione antecedentis ad negationem consequentis valet consequentia, si hoc antecedens dominica ratio sufficiens sit consequentis: sed non valet, si plures sint possibiles. Unde non bene argumentatur qui dicit: Si Cajus omicida est improbus est: sed Cajus non est omicida: ergo Cajus non est improbus. Etenim non omicidium tantum sed plures possunt esse causę, [illegible] reddant hominem improbum.

N. 109. Quid copulativus et ejus lex?

Copulativus seu conjunctivus est cujus major est copulativa et quidem negativa propositio, que debet ita distribui, ut una pars in minore affirmetur, altera in conclusione negetur. Hujusmodi est iste. Nemo potest esse mercenarius Dientium et simul

simul eorundem osor. Atqui cujus est Mecenas Prudentium; ergo eorundem osor esse non potest.

Lex autem ejus hæc est Copulativa majoris membra debent sic pugnare inter se, ut simul esse non possint, sed ad invicem excludantur, adeoque affirmato membro in minore, reliqua negari debent in conclusione vel vicissim. e.g. Nihil potest simul esse corpus et spiritus; atqui anima humana est spiritus: ergo non est corpus.

Disjunctivus est ille, cujus major est propositio vere disjunctiva et cujus una pars affirmatur in minore, altera in conclusione negatur, vel vicissim e.g. Quævis substantia vel simplex est vel composita: anima humana est simplex: ergo non est composita. N. 80. Quid disjunctivus, et ejus leges?

Disjunctivi leges duæ sunt. Prima. Disjunctiva membra simul stare non possint. Secunda. Nihil inter ea sit intermedium. Quare ridendus foret, qui diceret: quilibet impius vel fur est vel omicida, sed Arnaldus est fur: ergo non est omicida. Etenim Arnaldus impius impius potest esse fur, et simul omicida. imo potest esse impius, quin neque fur, sit neque homicida.

Enthimema, qui etiam syllogismus truncus dicitur est syllogismus, in quo aliqua præmissarum reticetur, quia facile intelligi possit: e.g. Corpus est compositum. ergo corruptibile. Enthimemate utimur, quando altera præmissarum est certa, vel quando facile intelligi potest. Imo interdum enthimema unica propositione continetur cujusmodi est hæc: Vir prudens de tempore immutiliter terras. Hujusmodi propositio dicitur Entimematica. N. 131. Quid Entimema?

Epicheremma est Syllogismus, cujus vel ambæ, vel una saltem præmissarum probatione fulcita est, quod fit, quando præmissæ non sint per se claræ, et manifestæ. e.g. Omne peccatum est summopere detestandum, quia per illud infinita Dei majestas offenditur. atqui mendacium est peccatum cum sit violatio legis divinæ: ergo mendacium est summopere detestandum. Veritas hujus Syllogismi dignoscitur ex valore argumentorum, quibus duæ propositiones demonstrantur. Epicherematis usus est maximus adeo ut integra oratio ad unum Epicheremma reddigi possit. Sed in concertationibus literariis raro adhibetur, quia resumentibus argumenta nimis molestum foret. N. 132. Quid Epicheremma?

Dilemma est argumentatio disjunctivo constans antecedente, ita ut e singulis membris uni quocumque respectu consideratis sed per eadem deducatur conclusio. Tale est Tertuliani Dilemma contra Trajanum, qui decreverat Christianos non esse inquirendos sed delatos esse puniendos: Vel Christiani sunt nocentes vel innocentes: si nocentes quare non inquiris? si innocentes quare delatos pena coerces? Si enunciatio disjunctiva pluribus quam duobus membris constet, dicitur Trilemma, Tetralemma &c. N. 139. Quid Dilemma et ejus leges?

Legitimi Dilematis lex prima est: Partes totius dividantur ita, ut omnes enumerentur et omnes simul falsae esse non possint: Aliter ad nihil inservit Dilemma. Secunda. Quod infertur ex quo membro legitime et necessario profluat. Secus negabitur consequentia. Tertia. Non sit Dilemma reciprocum, ut argumentum in arguentem ipsum possit retorqueri.

N. 134
Quid Sorites et ejus leges?

Sorites est argumentatio, in qua plures premisse ita se invicem subsequuntur ut semper praedicatum praecedentis fiat subjectum sequentis, et tandem ex subjecto primae fiat subjectum conclusionis, et ex praedicato ultimae praedicatum conclusionis: e.g. Corpus est compositum: quod est compositum, constat partibus: quod constat partibus, potest resolvi in partes. quod potest resolvi in partes est corruptibile ergo corpus est corruptibile.

Ut Sorites legitime concludat, requiritur primo, ut omnes et singulae propositiones immediate descendant praecedentes, neque in illis ulla sit falsa vel dubia. 2. Ut termini semper in eodem sensu accipiantur; etenim in multis conglobatis terminis facillimum est eorum valorem immutare. Ad agnoscendam vero Sorytis veritatem vel falsitatem oportet: num est cuique propositioni supponere primum subjectum velut in adducto exemplo. corpus est compositum: corpus constat partibus: corpus est resolubile in partes: corpus est corruptibile: Si propositiones semper praecise subjecto conveniant, stabit Sorites, secus non.

N. 135
Quid Prosyllogismus?

Prosyllogismus est argumentatio in qua plures syllogismi quasi concatenantur ita ut conclusio prioris fiat premissa sequentis: e.g. Corpus est ens compositum; sed ens compositum constat partibus: ergo corpus constat partibus. at id, quod constat partibus est resolubile in partes: ergo corpus est resolubile in partes sed quod est resolubile in partes, est corruptibile ergo corpus est corruptibile. Atque ex hoc apparet, prosyllogismum esse quasi speciem Sorytis, vel sorytis probationem.

N. 136
Quid inductio et ejus leges?

Inductio est argumentatio, in qua quod de singulis sive generibus sive speciebus sive individuis affirmatum vel negatum est, universim de toto genere vel specie concluditur, ut si dicas ver, aestas, autumnus, hiems suum habent incommodum: ergo omnes anni tempestates aliquod habent incommodum.

Prima ejus lex est ut partes omnes enumerentur: secunda, ut singulis partibus id revera conveniat, quod concluditur de toto. Talis inductio dicitur completa, et robur habet invictum.

N. 137
Quid exemplum et ejus lex?

Exemplum est argumentatio qua ex eo quod semel vel saepius contigit, arguimus quid eventurum sit in simili casu praesenti.

Ut argumentatio ab exemplo concludat requiritur, ut duo casus, qui comparantur, sint perfecte similes. Vis enim Analogiae tollitur, ubi haec similitudo deest, et argumentatio nullum robur obtinere potest.

Sum.

Scolion.

Tum compositi Syllogismi, tum cæteræ argumentandi species subjacent regulæ generali Syllogismi simplicis. Omnes enim habent propositionem universalem tacitam aut expressam, a cujus veritate vel falsitate pendet cæterarum veritas vel falsitas. Et quidem quoad compositos copulativos vel disjunctivos evidens est in iis exprimi propositionem universalem. In conditionali major continens conditionem est loco enunciationis universalis ut si dicat: quoties sol lucet &c. (vide numerum 158.) Quoad Entimema et Epicherema unusquisque videt, in primo reticeri, in secundo exprimi propositionem universalem. Dilemma quoque plerumque est Entimemma, in quo reticetur propositio universalis exprimens totum in suas partes divisum. Sic in Dillemate allato numero 163. reticetur hæc propositio: Quodlibet decretum, quod nocentibus favet et innocentes gravat, injustum est: atqui Trajani decretum favet christianis si sint nocentes, quia vetat eos inquiri; gravat eos, si innocentes sint quia delatos puniri mandat: ergo revera tale decretum injustum est. Sorites pariter est Entimematum coacervatio, in qua universalis propositio tacite continetur. Unde exemplum numero 164 adductum sic resolvitur: quidquid compositum est, constat partibus; atqui corpus est compositum: ergo constat partibus: Deinde: quidquid constat partibus resolvi potest in partes; atqui corpus constat partibus ergo resolvi potest in partes, et sic deinceps. Idipsum patet etiam in prosyllogismo, cujus initium fit a Syllogismo perfecto, prout videre est numero 165. Inductio itidem est Entimemma, in quo subauditur propositio universalis totum in suis partibus exprimens. Sic in exemplo proposito numero 188. hæc subintelligitur: omnes anni tempestates revocantur ad ver, æstatem, autumnum et hyemem: atqui &c. Demum in exemplo quoque si non aliud, subauditur, saltem tamquam generalis propositio illa Analogiæ regula: effectus similes a similibus causis proficiscuntur, et viceversa.

Corollarium.

Cum igitur omnes argumentationis species ad Syllogismum reducantur, palam fit quam generalis et extensa sit regula, quam ad ferendum judicium de eorum veritate vel falsitate assignavimus in scolio 2. post numerum 153. Quare attendenda est præcipue propositio universalis vel tacita vel expressa, in qua potissimum latere solet error et vitium Deinde investigandum est, num propositio universalis rite applicetur subjecto de quo agitur: vitium enim aliquando etiam in tali applicatione haberi potest.

Scolion

Egimus hucusque de regulis et modo argumentandi at est ne ideirco opus completum? minime, ane Numquid enim prodesse nobis posset argumentandi doctrina, si ignoti nobis essent fontes u... rationes auriremus in Syllogismo ordinandas? Quomodo poterit quis syllogismos contexere, nisi presto habeat modum, cujus ope argumenta inveniat ad Syllogismum requisita? Profecto ut veritas sit aliena demonstratione necessaria est cognitio rationum a quibus convincatur nemo enim recta ratione utens sine istis flecti supponendus est ... contra etsi in hoc exponendi arte ... syllogismo quis non utatur, tamen intelligetur per methodum naturalem, quam nemo ignorat Quare vehementer refert in hoc capite saltem breviter attingere ... ex quibus

arg...

argumenta trahuntur. Et quoniam veritas aliis demonstrari non aliter potest quam eadem via qua inventa fuit; ideirco leges, in regulæ, quæ in prima parte indicatæ fuere pro inveniendis rationibus quibus [illegible] et certe cognoscatur rerum veritas, hanc naturam modum exhibent, quo veritas aliis proponatur. Quare ad eandem primam partem remittere vos possem. Attamen consultius videtur hic loci summatim colligere quæcumque ibi fusius dicta sunt et aliqua, simul adiicere, quæ ibidem desiderantur, quia non ad inveniendam, sed ad proponendam veritatem inserviunt.

Argumentorum fontes.

N. 268.
Argumenta pro existentia vel non existentia rei aut facti.

Nihil aliud proponere et demonstrare possumus quam quod cognoscimus. Porro cum ex dictis in [illegible] numerum ad omnes nostræ cognitiones redigi: [illegible] rerum vel existentiam, vel qualitates, vel relationes inquirere iuvat ex quibus fontibus erui possint argumenta pro triplici hoc capite. Atque equidem circa rei vel facti existentiam.

Ad demonstrationem alicui animæ propriæ existentiam ad primam quam sensum provocemus: si enim conscius sit se existere, nosse etiam debet aliquid sibi inesse ens, quod cogitet. Si demonstranda sit existentia animæ in aliis hominibus et in brutis, argumenta desumuntur ex Analogia ab actionibus, quæ exhibent, ut cognoscamus etiam illos et illa exercere facultates, quæ solius animæ sunt propriæ. Existentia Dei certitudine metaphysica demonstratur ex animæ nostræ existentia: quia cum anima nostræ existentiæ sit conscia et conscia itidem sit se ex propria virtute non existere, necessario ascendere debet usque ad primum ens, quod a se existat. Ad id inservit etiam spectabilis mundi machina et inquam corpora quæ in mundo vivunt, vegetant, et existunt; atque hoc argumentum physicam certitudinem habet conjunctam. Denique [illegible] quorum existentia, ut alias diximus, ex sola revelatione demonstrari potest quæ cum a Deo sit, tota certitudinem habet absolutam.

Corporum existentia quæ sensibus subjiciuntur, demonstratur aliis provocando eos ad proprium sensuum usum ut ex [illegible] sensationibus physicam acquirant certitudinem. Si vero eorum sit probanda existentia, quæ aliorum sensibus submitti non possunt eorum existentia arguatur ex effectibus, quos producunt. [illegible] exempli gratia existentiam evinci: tur ex corporum motu, qui motus contingere non possent, si omnia essent plenum et nullum vacuum. Atque hoc argumentum est universale physicis, qui plerumque rei existentiam ex effectibus colligunt. Item ex causæ existentia potest aliis certo demonstrari existentia effectus, quando causa est ejusmodi, ut sine effectu existere nequeat. Scio e.g. etnam sic et nunc ardere: ergo [illegible] ipsum materiæ ignitæ, liquefactæ ex [illegible] oportet. Quod si causa cum effectu necessario non connectatur, nunquam ob ejus existentiam certo poterit inferri effectus, sed tantum probabiliter, et neque hoc semper. Atque hinc [illegible]

stiant

Ergo necessarii dicuntur illi effectus, qui cum causa semper sunt connexi, contingentes vero illi, qui cum causa non sunt necessario conjuncti. Argumentum a causa ad effectus dicitur a priori; argumentum ab effectibus ad causam dicitur a posteriori. In ordinariis presertim argumentamur a posteriori, quia cum neque intimam corporum et substantiam neque multas ex eorum qualitatibus noverimus, plerumque argumentari non possumus de effectibus, quos possunt producere, nisi ex effectibus, quos alias produxerunt. Ut autem argumentum a posteriori sit certum, necesse est datum effectum revera oriri posse ex causa, que supponitur, atque a nulla alia causa posse derivare. Ex quotuplici causa e. g. non provenit inordinatio in corpore humano, quod tanta et tam mirabili arte compositum est? Ex quotuplici causa incendii devastatio, frugum penuria in agro etc? In hisce casibus causa ex effectibus erui non potest, nisi ex circumstantiis colligatur, hanc precise vel illam causam necessarium habuisse influxum in datum effectum. Etiam quoad facta aliqua adsunt motiva, que intrinseca dici possunt. Corpora marina e. g. que in montium cacumine reperiuntur, valde probant mare quondam attigisse usque ad tantam sublimitatem. Recens incendium, fulmen, terremotus etc. in ruinis, quas presentes adhuc cernimus, argumentum nobis relinquunt indubium de facti veritate. Sed tum res tum maxime facta extare vel extitisse colligitur non solum ex intrinsecis probationibus, sed etiam ex extrinsecis, sive ex testimonio et auctoritate aliorum qui verbis vel scripto de rei vel facti existentia testantur. Quorum quidem argumentorum valor dimetiendus est ex iis, que dicta sunt parte prima cap. 5.

Rem vel factum aliquod, quod supponitur, non existere probatur 1. ostendendo intrinsecam ejus impossibilitatem. 2. Demonstrando existentiam rei vel facti quod necessario excludat illud, quod supponitur. 3. Aperiendo circumstantias loci et temporis opponi existentie rei, que asseritur. Etenim quis e. g. dicat apud Lapones prata florere mense januario? Quis nunc asserat Didonem ab Enea interemptam fuisse, cum illa tribus post ipsum seculis nata sit? 4. Sepe etiam sufficiet demonstrare rem de qua agitur, etsi non sit impossibilis, esse tamen contrariam communi nature ordini, velut Cinocefalos, seu homines caninum caput habentes. 5. Rei existentia facile poterit negari demonstrando effectus, ex quibus rei existentia colligitur vel esse falsos vel ab alia causa derivantes vel rei de qua sermo est, minime respondentes. 6. Ad dubitandum de rei vel facti existentia imo etiam ad rem vel factum quod asseritur, destruendum, plerumque satis est si demonstretur inefficacitas, infirmitas, et insubsistentia argumentorum, quibus probari presumitur. Sola vero argumentorum infirmitas non sufficit, ut rem absolute negemus, esto satis sit, ne illam existere credamus. Ad certo concludendum pro rei alicujus non existentia opus est non solum argumentis negativis situs in eo, quod desint firma motiva ad rei existentiam demonstrandam, sed necessaria sunt insuper argumenta positiva, que nempe ostendant rem illam actu non existere, vel neque posse existere. 7. Rem vel factum non existere demonstrari potest argumentis extrinsecis, et primo quidem positive per auctoritatem testium idoneorum, qui eam negent, vel contrarium affirment. 2. Negative ostendendo vel nullos adesse testes, qui rem affirment, vel eos, qui illam asserunt

afferunt non esse idoneos. Consule partem I cap. 4 num. 71. et sequentibus.

N. 169.
Argumenta ad probandas qualitates.

Qualitates, quae immediate sensuum ope cognoscuntur, demonstrantur alijs objiciendo ea objecta, in quibus qualitates inesse afferuntur. Quae vero sub sensus non cadunt, rite ostenduntur ex effectibus, quos producunt. Si demonstrandum sit e. g. aquam esse graviorem oleo ponantur haec duo fluida in vase, et oleum supernatabit aquae. Saepe etiam qualitas, quae necessario supponitur, viam facit ad alterius qualitatis existentiam demonstrandam. Sic ex qualitate cogitandi qua gaudet anima arguitur ejusdem simplicitas. Non raro etiam qualitatis existentia per analogiam desumitur a genere vel specie ad quam pertinet illa res cujus qualitas aliqua demonstranda suscipitur. Sic dicimus auri massam esse fixam, ductilem, malleabilem, solubilem in aqua regia etc. quia hae sunt propriae auri qualitates.

Qualitatis alicujus non existentia validissime probatur ostendendo eam repugnare alteri qualitati, quae certo inest eidem rei. Sic dicimus in anima non posse esse extensionem, quia facultas cogitandi, qua novimus animam gaudere, simul cum extensione stare non potest. Deinde argumentum quod qualitas non existat habetur, quando desunt effectus ejus qualitatis proprii, vel adsunt effectus contrarii. Sic dicitur ferrum non gaudere vi magnetica si aliud ferrum non attrahat. Praeterea si res de qua agitur vel ad classem pertineat, a qua excluditur illa qualitas quae affirmatur, vel si non pertineat ad illam classem, cujus tantum propria est illa qualitas ex analogia desumetur argumentum ad negandam illius qualitatis existentiam. Demum qualitas affirmata vel ex observationibus vel ex experimentis vel ex auctoritate impugnari poterit contrariis testimoniis, observationibus et experimentis. Vide primam partem cap. 4 num. 71. et sequentibus.

N. 270.
Argumenta ad probanda relationes.

Ad relationem identitatis requiritur, ut demonstretur, objectum hic et nunc easdem habere qualitates quae in ipso alias spectatae sunt. Relationes similitudinis et dissimilitudinis probantur per examen qualitatum in quibus conveniunt vel discrepant. Relatio quantitatis aperitur instituendo comparationem unius cum alia. Relationes affinitatis vel contrarietatis demonstrantur ex effectibus. Relationes demum obligationis eruuntur et probantur ex jure naturali, et ex jure positivo divino vel humano. Regulae dictae parte prima cap. 4 num. 77. et sequentibus.

N. 171.
Argumentum ex etimologia

Inter argumentorum fontes recenseri merentur etiam sequentes.

1. Etimologia, quae terminorum originem explicat e. g. Philosophus a filos et sophia amicus sapientiae, monachus a monos solus, solitarius. Ex etimologia desumi possunt argumentationes ad demonstrandum quid antiqui sentirent circa res, quas hujusmodi nominibus vocarunt tum

ad

ad probandum id, quod requiritur, ut res nominibus respondeant.

II. Derivatio, quae dicitur de vocabulis quae primitivis originem suam debent, velut humanus ab homine, ex qua demonstratur neminem qui sit homo, immunem esse ab his, quae humanae naturae sunt propria. — Ex derivatione.

III. Definitio, quae coarctat et circumscribit ideas sub aliquo termino contentas. Atque ex hac argumentari potest, num id, quod de aliqua re asseritur, contineatur necne in idea vel notione rei ejusdem. — Ex definitione.

IV. Divisio, quae totum in suas partes distribuit, et quae argumentum suppeditare potest ad probandum, an totum precise divisum fuerit, vel num res de qua agitur, locum habeat in illo toto. — Ex divisione.

V. Comparatio, quae hic consideratur in quantum demonstrat illationem faciendam vel ab equalitate, vel a majori, aut a minori: atque hinc eruuntur primo argumenta dicta a simili, vel a pari, quibus demonstratur, id quod uni convenit etiam alteri simili et equali convenire debere: 2 argumenta dicta a minori ad majus, vel a majori ad minus, quibus evincitur id, quod a causa minori effectum est, eo magis effici posse a majori, vel id, quo a majori causa effici non potest, multo minus effici posse a minori. — Ex comparatione.

Caput quartum.

De sophismatibus et fallaciis.

Cum proposite ad rite argumentandum regule satis esse videantur ad falsas argumentationes, sophismata, fallacias cavendas; superfluum fortasse censebit quispiam quod hic de paralogismis et cavillationibus sermonem instituamus. Ast quoniam ea quae sunt evitanda melius erudiunt et altius imprimuntur, quam ea quae sunt sequenda; idcirco non ab re erit precipuas exponere causas, ex quibus falsae procedunt argumentationes, quod quidem nos edocebit modum, quo ab iis nosmet procul arceamus, et quo ab aliis in hos tamquam laqueos non pertrahamur. Non enim apud Graecos sophistas tantum pervagata est materia ista, sed nullum hucusque fuit aevum, quo sophistica defuerint ingenia, quia semper extitere plures, qui ratione vel non utentes vel abutentes falsa sua judicia et ratiocinia totidem enunciationibus et argumentationibus exprimere veriti non sunt.

N. 172. Quid sophisma et quotuplex?

Sophisma sive paralogismus est argumentatio quae sub specie veri exprimit falsum, ut si dicas: quod non perdidisti habes: sed non perdidisti centum aureos: ergo centum aureos habes. Duo vero sunt sophismatum genera, quippe quia vel in verbis, vel in sententiis fallaciam repositam habent. Perscrutemur tantisper has cavillationes veritati insidiantes.

Primum in verbis sophisma oritur ex usu terminorum, qui ambigui sunt, — N. 173. Sophismata in verbis in terminis ambiguis [illegible]

vel equivoci, vel vagi vel methaforici, quorum nempe sensus vel varius est vel incertus, vel dubbius. Ejusmodi exempla habemus num. 205, atque similis illis esset hoc: Ex martii capite decimosexto evangelium est predicandum omni creature: atqui satellites jovis sunt creature: ergo etiam illis evangelium est predicandum. Item: omnem virginem singulariter amat Deus: atqui quedam constellatio est virgo: ergo aliquam constellationem singulariter amat Deus.

N. 174.
In confusione sensus divisi et compositi.

Fallaciam divisionis et compositionis haberi dicunt scholastici, dum illa, que divisim sunt intelligenda conjunctim sumuntur: e.g. qui surrexit stat; sedens surrexit: ergo sedens stat.

N. 175.
In amfibolia.

Fallacia amfibolie habetur, quando termini per se non ambigui ita disponuntur et conjunguntur ut singuli eorum agentis agentis et patientis predicati et subjecti vices agere. Tale est responsum, quod Pirro datum fuit ab Oraculo: ajo te Eacida romanos vincere posse.

N. 176.
Sophismata in rebus et sententiis. Ignorationis elenchi.

Sofismata plura non solum ex terminorum abusu descendunt, sed etiam ex rebus ipsis, nempe vel a falsis principiis, que ponuntur, vel ex falsis conclusionibus, que inde derivantur. Sofisma in quo res accipiuntur in aspectu diverso ab eo, quem fert status questionis, dicitur ignoratio elenchi. Ut si quis ita demonstraret mortem non esse timendam: quando nos sumus, mors non est, quando mors est, nos non sumus: ergo mors timenda non est. Etenim ipsum mori quo sensus eripitur, timendum est.

N. 177.
Petitionis principii.

Contingit fallacia petitionis principii, quando pro medio probandi assumitur id quod queritur, vel quod indiget demonstratione: e.g. Planete sunt habitabiles, ergo Terre [illegible] planeticole.

N. 178.
False suppositionis.

Fallacia dicitur false suppositionis, cum argumenta fundantur super re, que non est, vel falso supponitur esse: in exemplo: bilanx est simbolum justitie; ergo qui natus est sub hac constellatione, justus est

N. 179.
Accidentis.

Fallacia est accidentis, quando res, que per accidens talis est, cum illa confunditur que talis est per se. e.g. quod facit, quominus quis Christi discipulus esse

possit

novit id Christianis possidere illicitum est: sed divitiæ faciunt, quominus quis Christi discipulus esse possit: ergo illicitum est Christianis possidere divitias.

Dum alicui rei absolute tribuitur id, quod tantum cum exceptione limitatione aut restrictione eidem convenit fallacia committitur quę a scholasticis vocatur dicti simpliciter et secundum quid. ut si quis dicat: Eum, qui eminus advenit, Plato non novit; atqui Socrates eminus advenit: ergo Socratem Plato non novit. N. 180. Dicti secundum quid et simpliciter.

Si aliquid sumatur tamquam rei causa, dum tamen revera causa non sit, sophisma oritur dictum non causę ut causę: e.g. Natura horret vacuum: ergo Mercurius in Barometro ascendit. In hanc fallaciam incidunt etiam, qui cum de effectibus incognitis rationem reddere nequeant, potiusquam propriam fateri ignorantiam inanibus utuntur verbis, quę intelligi non possunt, et quibus nullus subest sensus. Illi preterea huic vitio indulgent qui uni causę tribuunt effectum, ad quem producendum plures simul operatę sunt, et illi, qui tamquam causam effectus assignant id quod fuit ejusdem mera occasio. N. 181. Non causę ut causę.

Plurium interrogationum fallacia adest quando varia quęsita per modum unius expediendo proponuntur, quibus una responsione, satis fieri nequit. Sic si quis interroganti est ne Luna planeta, qui radiat lumine proprio? Respondeat est, vel non est, jam incidit in captione. N. 182. Plurium interrogationum.

Quotiescumque ex uno aut altero enumeratis aliquid universale colligitur, committitur fallacia enumerationis imperfectę ut si quis dicat: gallus neque quadrupes neque reptile neque aquaticum animal est: ergo animal non est. Atque in id recidunt Dillemata et Syllogismi disjunctivi, in quibus partium divisio et enumeratio est imperfecta. N. 183. Enumerationis imperfectę.

Qui de toto concludit id, quod parti tantum convenit, in fallaciam incidit, quę vocatur totius pro parte. Ad hanc revocantur ea omnia argumenta, in quibus a particulari deducitur conclusio generalis, velut in hoc exemplo: Poetę bonos mores sępe corrumpunt; ergo a sana republica procul pellendi sunt. N. 184. Totius pro parte.

Sępe sępius a possibilitate ad existentiam fit in argumentando gradus, atque hęc fallacia nominatur a posse ad esse. Et quamquam in omnium ore tritum sit illud, a posse ad esse non valet illatio: tamen nil frequentius, quam audire: res hęc est possibilis: ergo existit. N. 185. Posse ad esse.

7 Quoties una res per aliam demonstratur, atque hæc vicissim per illam, fallax committitur argumentatio, quæ dicitur circulus vitiosus. E. g. aliquis ita argumentatur: Petrus est maxime opportunus ad hoc negotium expediendum, quia doctior est Paulo: ergo Petrus præ Paulo ad hoc negotium expediendum deligendus est: adversarius eum interrogat, quare Petrus sit doctior Paulo? ille respondet, quia maxime opportunus est ad hoc negotium expediendum: est auctor circuli vitiosi.

N. 186 Circuli vitiosi

N. 187. Ad ignorantiam et ad verecundiam.

Pessimum est etiam argumentandi genus, quod ad ignorantiam et ad verecundiam dicitur. Ad ignorantiam dicitur argumentum, quando adversarius, qui alicujus sententiæ argumenta impugnat, compellitur, ut meliorem exponat sin minus illam complectatur, contra quam ponit argumenta. Non enim vera est opinio ex eo, quod quis meliorem afferre nesciat. Ad verecundiam dicitur argumentatio, quæ non ex rationibus, sed ex aliorum auctoritate et sententiis veris vel falsis eo fine depromitur, ut adversarius, quocum res est, eam opinionem exprimat fama motus eorum, quorum auctoritas in medium affertur sin minus tamquam insanus, aut nimis arrogans traducatur, eo quod viris tantæ mentis et acuminis obstare velit. Inter fallacias hunc argumentandi modum recenseo quia ex dictis parte i. cap. 5 ibi tantum auctoritatis pondus est attendendum, ubi argumenta intrinseca non desint.

N. 188. Ad hominem.

In causa justa et vera prudentis equidem est adversarium convincere ex ipsis talibus fontibus, quos ipse veros putat, nisi id aliter effici possit: at si ex ipsis ejus argumentis opinionem nostram ei persuadere conemur de cujus veritate et justitia non constet, in fallaciam labimur quæ ad hominem dicitur. Veritas namque ex propriis certis constituitur; neque concludendum est sententiam aliquam esse veram ex eo, quod altera pars vel ex ignorantia, vel ex ipsis suis argumentis eam profiteri cogatur.

Scolion

Non plura sophismatum genera apponere placuit, tum quod reliqua ex dictis superiori capite dignoscere licet, tum quod si omnia, quibus leges recte argumentandi transgrediuntur, inter sophismata numerari deberent eorum numerus ferme in infinitum foret augendus. Hosce vero infelices tumultuantis ingenii partus internecio[illegible] omnis seria attentione ad terminos, præcisione accurata idearum, determinatione significationis, atque etiam retorsione sæpe et irrisione

Caput quintum.
De disputationibus.

N. 189. Qui disputatio?

Concertatio, qua eadem propositio ab uno impugnatur et ab altero defenditur, disputatio vocatur. Propositio ad disputandum proposita dicitur Thesis: is qui thesim impugnat vel si fieri potest refutat, opponens appellatur; qui vero eam contra impugnationem sustinet vel tandem refutationi cedere cogitur respondens atque defendens nominatur.

Disputatio instituitur vel ut veritas in lucem proferatur, vel ut Tirones in iis exer-
ceantur, quae didicere, et acquisitae scientiae publicum specimen edant. Duplex hic finis N. 190. Disputationis finis.
suas leges statui exigit

Ille dicitur convincere, qui efficit, ut alter certus sit de propositionis veritate vel N. 191. Quid convincere?
falsitate.

Cum igitur, ut quis convincatur, veritas certo cognosci debeat, nemo convinci potest Corollarium 1.
de veritate enunciationum probabilium, quamdiu tales sunt: hoc ipsum enim quod sunt pro-
babiles, sicut in nobis certitudinem producere non possunt, ita neque in aliis. Cum tamen
propositionis probabilitas certo cognosci possit ex indiciis; idcirco de propositionis probabilita-
te efficere poterimus, ut alteri constet.

Cum convincendus veritatem cognoscere debeat eodem modo, quo eam cognovit ille, Corollarium 2.
qui convincere vult, necesse est, ut qui alterum vult convincere, eidem proponat non so-
lum ea, per quae ad veritatem cognoscendam pervenit, sed etiam edoceat modum et
ordinem, quem in illa detegenda servavit, ut optime perspiciat quod in veritate inve-
nienda eadem ratione progredi debuisset, si per se veritatem invenire voluisset

Qui alterius sententiam demonstrat esse falsam, eam refutare dicitur: qui vero in- N. 192. Quid refutare?
sufficienter propositionis falsitatem probat, eam impugnat. Qui ergo impugnatur de
errore suo non convincitur; bene vero qui refutatur. Sic atheos refutare possumus; at
sistema terrae motae possumus tantum impugnare.

Qui refutaturus est aliquem, incumbere debet potissimum, ut illi ostendat modum Scolion.
quo in errorem inciderit, vel quia falsis innixus est principiis, vel quia regulas veri discer-
nendi vel leges argumentandi non servavit. Deinde in refutando poterit ostendere ab-
surda, quae ex sua sententia propanant: a quibus tamen consequentiis abstineat,
nisi demonstrare possit ejusmodi sequellas revera in sententia refutanda contineri,
atque inde legitime descendere posse: aliter videbitur agere in refutandum ex in-
vidia potius, quam ex veritatis amore.

1. Disputatores simul congrediantur animo veritatis studiosi, non unius victoriae cupido N. 193.
adeo ut uterque paratus sit cedere et veritatem amplecti. Res igitur, quae vel aliunde Disputantium leges.
sunt certe, vel humanam intelligentiam superant, non sunt in disputationem revocandae.
2. Uterque disputans eundem de thesi sensum habeat. Clare itaque et precise ex-
ponendus est quaestionis status, et siganda est vocabulorum significatio, ita ut nihil interce-
dat obscurum, confusum, ambiguum.
3. Disputantes habeant principia in quibus conveniant. Propositio enim suum
robur desumit ex principio, unde profluit; adeoque nisi hoc sit adversario tanquam cer-
tum

certum, de conclusionis veritate convinci non poterit.

IV. Questionis partes, si plures sint, accurate distinguantur, ut singulæ enucleentur ne: que ab una ad alteram fiat gradus priusquam una non sit satis discussa.

V. Neuter disputantium copiæ intendat alterum, fallaciis, aut quibuscumque verborum aut conclusionum laqueis, et qui sentit, se rationum momentis costringi, ne meditetur argumenti vim effugere, vel diverticula quærere.

VI. Argumentans breviter et perspicue sua argumenta proponat, adeo ut facile intelligi et resumi possint.

VII. Defendens fideliter resumat opponentis argumentum, et paucis ad singulas propositiones respondeat concedendo si vera sit ac non opponatur; negando si opponatur, transmittendo si a scopo abhorret; distinguendo, nempe supplendo determinationem ab opponente omissam, sub qua prædicatum subjecto convenit vel non. Post hæc, ubi opus fuerit, responsionem suam uberius declaret

VIII Tum in opponendo, tum in respondendo servetur modestia et animi moderatio. Nihil magis turpe et odiosum, quam in argumentando sui ostentationem potius quam veritatem ambire. Hinc fit ut alter alteri continuo incurret quin tempus ei concedat mentem suam prorsus explicandi, ut alter alterius objectiones et responsa inconditis rusticis clamoribus excipiat; atque ut demum ad convitia et contumelias ad invicem deveniant

IX Si unus ex disputantibus e proposita quæstione recedat, vel terminorum fixum et determinatum sensum immutare studeat urbano modo eum revocet alter atque de proposita Thesi et vocabulorum valore eum admoneat

X. Disputanti, qui clara principia negat, facienda sunt principia opposito ad ejus mentem experiendam. Si affirmat secunda, de falsitate affirmata convincatur: si ea negat, rogandus est, num duo contraria simul stare possint

XI Si alter disputantium manifestis probationibus resistat, et obscuras responsiones adhibeat vel responsione hæ idem sunt explicandæ, ut cognoscat eas non esse idoneas, vel postulandus est, ut illas ipse explicet, et claras ideas vocabulis exponat. Si tunc in verum non concedat deseratur tamquam rationis incapax.

XII In disputatione qui negat non aliam negationis rationem reddere tenetur, quam quod adversarii argumenta non probent. Interdum vero diversæ partis momenta præsfellere tenetur ita ut convincant Dum vero quis negat adversarii rationes quia fortasse aliter fieri potuit non est censendus ea confutasse quia ejusmodi responsa ad summum efficiunt, ut adverse partis momenta non possint dici necessario concludentia non vero, ut cessent esse probabilia

XIII Si negans demonstraverit suæ propositionis veritatem vel impossibilitatem opposite, munus suo fecit omnino satis: nec ei potest objectiones solvere quibus identicum vel falsa cum impostore possunt nulla enim vera ratio inducere potest propositionem quæ vel falsa vel impossibilis demonstrata est.

XIV. Quando quis in propositione, quae ex auctoritate demonstrari debet, lucidis et manifestis testimoniis ad probandum usus est, non tenetur solvere objectiones, quae fieri possent ex locis dubiis vel suspectis ejusdem auctoris. Nam non certum per incertum, sed incertum per certum est interpretandum. c1

XV. Cum inter disputantes non convenit de fontibus unde probationes oriuntur, licet ei, qui pro justa et vera causa pugnat, argumenta desumere ad eum compellendum, ex iis locis, quos ipse tamquam veros habet, etsi falsi sint, ut deinde iisdem suis telis eum confodiat.

Non unicus est disputandi modus. Disputant homines in privatis colloquiis, et in N. 194. Disputandi modi
coetibus, ubi conveniunt, disputant in foro, disputant in scolis

Disputationes, quae habentur in privatis colloquiis solent institui per dialogum, in quo N. 195.
quisque opponit et respondet quidquid sibi libet. Disputatio privata.

In foro disputatio fit per orationem, in qua pars, quae dicitur Actor primo petit et demonstrat petitionem suam, deinde pars in jus vocata, quae reus dicitur impetit adversarii rationes et exponit propria. Regerit actor, atque confutationem, et rationes adductas destruens vel nova apponit motiva, si quae sint, vel prima confirmat. Reus insurgit denuo, et nova adversarii argumenta resolvens alias rationes in sui favorem afferre conatur. N. 196. Forensis.

In scolis disputationes instituuntur vel in forma syllogistica, vel extra formam N. 197.
more academico. Quando habetur disputatio in forma opponens sumit impugnan- Scolastica
dam propositionem defendentis, et in ipsa Syllogismo aut Entimemate in quo con- in forma.
cludit defendentis propositionem esse falsam. Tunc defendens respondet juxta regulam septimam numeri 193. Consequentiam vero non negat, nisi quando constet eam non profluere legitime ex premissis. Si opponens ex suo argumento aliquid concludat quod cum re, de qua quaestio est non coeret contingit, ut defendens vel omnes argumentationis partes concedat vel omittat, et tamen concludat rationem stare contra adversarium. In Entimemate fieri potest, ut concesso antecedente negetur consequentia, ut significetur, falsam esse propositionem universalem, quae subauditur. A primo argumento opponens descendit ad alium Syllogismum vel Entimema, in quo concludit veram esse propositionem, quam defendens negavit. Defendens rursus respondet juxta id quod propositionis qualitas exigit. Et sic gradatim prosequuntur argumentantes, donec eo deveniant, ut vel defendens nullam possit negare ex propositionibus, quae sibi opponuntur, et omnes tamquam veras excipere cogatur, vel opponens agnoscat, nullam sibi superesse viam, qua negatas propositiones demonstret

N. 198. Extra formam. Disputationis extra formam more Academico initium sumitur a Syllogismo vel Entimemate, sicut in disputatione in forma cum hoc tamen discrimine, quod in hac post unum vel alterum Syllogismum opponens postquam probavit ultimam sibi negatam propositionem oratione continua et extra Syllogismorum formam proponit omnes suas objectiones, et defendens paucis eas resumens singillatim respondet ad singulas, et demum concludit veritatem propositionis, quam defendit.

N. 199. Quęnam disputationis ratio utilior. Inter varias disputandi rationes quęnam sit omnium aptissima ad veritatem aperiendam, attinet nunc dicere. Disputationes, quę per dialogum ineuntur, et in quibus vel unus interrogat, et alter singulis interrogationibus ad rem respondere conatur; vel liberior arena relinquitur primo suos sensus exterius prodendi priusquam alter sese opponat; valde opportune forent ad patefaciendum verum. Ast summopere verendum, ne in hujusmodi dialogis negligantur leges num. 193 propositę. Facillimum est enim, ut disputantes importune digrediantur ad alia atque aberrent a suę quęstionis scopo: et experientia novimus sępe sępius contingere, ut alter sua motiva proponendi cupidus alium loquentem audire ęgre ferat, et hinc eleventur clamores et strepitus, qui impediunt, quominus alter alterum intelligat, sicque decidi non valeat proposita quęstio.

Forensis disputandi modus proculdubio ad manifestandam veritatem est maxime idoneus. Cum enim singulis partibus pateat via ad suas rationes proponendas, et singulę deinde possint omnes objectiones retundere, quę hinc et inde dici possunt; facillimum est tam quęstionis statum, quam motivorum ex una prę alia parte preponderantiam cognoscere. Cęterum oratoria artifitia, quę usui sunt in hac disputandi methodo, nisi probe perspiciantur ab ęquo et sagaci judice, illum aliquando seducere possunt, adeo ut sententiam ferat contra eum, pro quo stat ratio. Hinc pręclara hęc methodus etsi pro demonstranda veritate summum habeat robur, tamen in inexpertis tironibus esse potest offensiva et periculosa.

Omnium potissimam et Tyronibus maxime accomodatam disputandi rationem illam esse censeo, quę in scholis usitata est, et in forma dicitur. Etenim in hac propositiones omnes determinatę sunt atque precisę, et omnes simul immediate connectuntur, ab invicem dependent, adeo ut sine longa argumentorum ambage veritas velut sub oculos clare proponatur et alterutra pars victas oportet ut det manus. In illa autem conversatione est ab [illegible] qui proponendi extra formam argumenta quando ad quęstionis modum [illegible] tumet: Sicut hęc disputandi ratio vi sua plane detinet. Etenim cum plerumque non plus quam unicum extra formam opponenti soleat indulgeri, fit, ut cum denuo objicere non possit quę ad causę defensionem pertineret, compellatur triumphi gloria excidere et palmam defendenti cedere

ve, antequam victus fuerit. Atque id ipsum evenit in disputationibus more academico, si excipias, quod in his unus vel alter tantum Syllogismus adhibetur. Quare nemo contentus sit, quod in forma aliqua proposuerit argumenta, quæ quæstionis apparatum exhibeant. Sed in toto disputationis decursu a forma non recedat, et ad summum post præcipuas enucleatas difficultates unum vel alterum argumentum extra formam exponat.

Si hanc in disputando normam fideliter quis sequatur, maximam profecto hauriet inde utilitatem. Nam præter demonstrandi habitum, quem sibi comparabit et ingenium acuet, et promptam eloquendi atque cogitandi facultatem sibi conciliavit, et judicium in veritatis et falsitatis discretione firmabit. Etenim menti in disputationis æstu vires suas colligere, et quaquaversus rem animadvertere coactæ illa frequentissime occurrunt, quæ secus vel numquam, vel nonnisi post improbum laborem cognovisset. Scolion.

Nemo tamen nimia disputandi libidine se abripi patiatur. Hæc enim progressui in scientiis plurimum obstat, hominesque scepticos potius efficit, quam doctos, ponitque sobolem in contradicendo adeo pervicacem, ut nulla momentorum vi ab absurda doctrina propugnanda valeat deflecti.

Caput VI.

De Methodo

N 200.

Quotuplex Methodus?

Mentis humanæ brevitas et infirmitas cum nonnisi paucas veritates sine longa judiciorum serie intelligat, cumque ex eadem causa alii nonnisi post multas propositiones agnoscant veritates, quæ eis communicantur: hinc fit, ut nemo Philosophorum ratiocinandi et argumentandi leges posthabeat vel negligat, quia harum ope et rectius et ordinatius ratiocinatur et argumentatur. Ad id Philosophi duplicem exhibent methodum Analiticam et Sinteticam. Analitica sive resolutionis methodus inservit ad veritatem detegendam. Sintetica, sive compositionis methodus viam parat ad veritates cognitas aliis manifestandas. Analitica a particularibus incipiens ascendit ad generalia. Sintetica a generalibus ducit exordium, ut gradatim descendat ad particularia. Dum enim veritatem inquirere volumus, omnia possibilia fingimus et examinamus, rerum qualitates investigamus, totum in suas partes accurate dividimus, composita in sua principia resolvimus; atque idcirco methodus Analitica dicitur etiam methodus inventionis. E contra dum alios docere volumus, a generalibus principiis brevi et a recto ordine ad propositionem demonstrandam accedimus, et a simplicibus universalibus atque facilioribus sensim delabimur ad composita, particularia, et difficiliora; unde methodus Sintetica dici solet etiam methodus doctrinæ.

Duplex hæc methodus duplici iter facientis viæ assimilari solet. Viator qui ignorat viam, quæ ducit ad locum, quo tendit, per varia loca, rura, montes fluvios divagare cogitur, atque sic plura tentando discit, et eo pervenit, quo præstituerat. Doctus deinde ex- Scolion 1.

perimento

perimento, dum regreditur, per rectam viam ambulat, neque hac vel illac gradum facit. forme modum procedit Analitica methodus: omnia , do; nec veritas pateat; verum ubi inventa semel fuerit, eamque facillime manifestat methodus sintetica.

Dum autem methodum sinteticam dicimus methodum doctrine, id nolumus intelligi, quasi per methodum Analiticam eque uno plenius quam per Sinteticam veritates edoceri non possint; Id significare volumus tantum methodi sintetici viam breviorem et simpliciorem ad veritatem proponendam. Namque procul dubio Analitica methodus cum amplior sit, et plurimis cognitionibus imbuat, animum capaciorem efficit, atque optandum esset, ut postquam veritates per methodum sinteticam tradite sunt, via etiam explicaretur, qua sunt invente. Id enim optime pararet animum ad veritates facilius et promptius detegendas.

Sectio 2. Cum veritatem probare et demonstrare volens agnoscere teneatur rem, de qua agitur, et ejus partes necesse est, ut antequam methodi regule assignentur, aliqua preponantur de definitione et divisione.

N. 201 Quid et quotuplex definitio? Definitio cum ex dictis num. 148. est oratio distincte et determinate rem vel rei nomen exprimens. Est autem vel nominalis vel realis. Nominalis dicitur definitio qua exprimitur vocabulorum significatio: realis vero dicitur illa, qua rei proprietates explicantur.

N. 202. Definitionis leges. Ut vera sit definitio tria requiruntur. Primo, ut clara sit et perspicua, adeo ut clare et distincte excitet in aliis notionem vel ideam rei, que definitur. Secundo, ut sit universalis et propria, nempe conveniat toti et soli rei definite. Tertio, ut definitio cum definito sit salva veritate convertibilis, nempe unum alteri substitui possit, quin sensus variet, vel veritas corruat.

Corollarium primum. Hinc imperfecta vel nulla erit definitio, que constat terminis, qui claras ideas non exhibent. hujusmodi definitio obscurat non illustrat. Vitiosa quoque erit definitio, quam definitum ingreditur. Namque tunc nihil distincte et determinate exprimet. Definitionem pariter non licet esse negativam. Etenim ista exponit tantum quid res non sit, minime vero quid sit. Quod tamen usus non reprobatur in iis quorum negatio necessario includit affirmationem alterius, et quorum positivam definitionem ignoramus. Exemplo est definitio entis simplicis, quod dicitur id, quod non constat partibus. Etenim ejus oppositio cum composito, quod partibus constat, utcumque exprimitur. Itidem peccat definitio, que latius vel minus patet quam definitum, eo quod tunc toti et soli definito non convenit. Demum non est bona definitio, que definitum non adequat; tunc enim salvo sensu et veritate definitum in locum definitionis et vice versa substitui non potest.

Quare optima definitio constare debet genere proximo, et differentia ultima, idest oportet, Corrollarium 2.
ut indicet et proximum sensus, ad quod res pertinet, et differentiam, per quam distinguitur ab omnibus sub eodem genere contentis. Unde optima est hominis definitio, quod sit animal ratione præditum, eo quod genus proximum animal distinguit hominem a puris spiritibus, qui ratione præditi sunt; differentia ultima ratione præditum distinguit illum ab omni re, quæ sub genere proximo animal continetur.

N. 203.
Quid divisio et quotuplex?

Divisio est totius in suas partes distributio. Totum vero dicitur aliquid, quod idem est cum multis simul sumptis; partes autem totius sunt multa, quæ simul sumpta idem sunt, ac cum uno. Divisio dicitur Phisica, qua totum in partes reipsa distinctas dispescitur, ut si hominem dividas, cujus partes actuales sunt corpus et anima. Dicitur Methaphisica, qua totum in partes sola ratione distinctas resolvitur, ut si animam humanam in suas facultates dividas. Dicitur Logica, qua universale abit in partes, quarum singulæ totum æque participant, vel de quarum singulis totum affirmari potest, ut si animal dividas in hominem et belluam. Id quod in partes distribuitur divisum; ipsæ vero partes membra dividentia nuncupari solent. Quod si membrum divisionis ulterius resolvatur in partes, habetur subdivisio.

N. 204.
Leges divisionis.

Divisio hisce legibus circumscribitur. Membra dividentia simul sumpta exæquare debent divisum hoc est, tot præcise membra dividentia recensenda sunt, nec plura nec pauciora, quam quod totum divisum continet. Sic recte numerum dividis in pares et impares: omnis enim numerus alterutro membro continetur.

II. Tot membra dividentia constituantur, quot ipsa divisi natura suppeditat. Ne igitur membrorum dividentium numerus nimium multiplicetur, idem enim vitii inquit Seneca Epistola 89, habet nimia, quod nulla divisio, simile confuso est quidquid in pulverem sectum est.

III. Divisio fiat primo in membra magis generalia proxima et immediata, deinde in illa, quæ istis continentur. Sic male dicitur dividitur ens in simplex, compositum, et cogitans; cogitans enim in simplici continetur: bene vero dividitur in simplex et et compositum, tunc subdividitur simplex in cogitans et non cogitans, deinde in distincte cogitans, et in non distincte cogitans, idest in hominem et brutum.

Sunt et aliæ, quæ tradi solent, divisionis leges; sed ejusmodi sunt, ut vel in expositis contineantur, vel parvi aut ferre nullius usus sint. Cæterum divisio non solum memoriam juvat, quæ secus laboraret confusa et male coherente rerum farragine, sed etiam intellectum in cognoscendo: siquidem simultanea totius cognitio obscurior est, quam si totum per partes sensim cognoscamus. Scolion

N. 205.

N. 205. Leges methodi utriusque.

Utraque methodus hos leges habet communes.

I. Tam in inquirendo quam in docendo initium ducatur ab iis, quæ magis cognita, et magis facilia sunt: et deinde pedetentim fiat gradus ad ea, quæ sunt ignota, et difficilia. Etenim sine solido fundamento neque regi potest investigatio, neque inchoari institutio.

II. Attendendum est, ut in tota judiciorum, et propositionum serie servetur eadem evidentia vel certitudo præstabilita adeout nedum ad invicem connectantur, sed etiam connexio ipsa appareat, et intelligatur veritas judiciorum, quæ ex primis derivant. Ipsa enim est ea agendi ratio, quæ mentem erudit, illustrat, et satisfacit.

III. Stylus sit brevis, simplex, facilis, naturalis ita ut sufficiat ad ideas vel notiones nitide exprimendas, vel explicandas. Verborum enim multitudo et affectata elegantia est impedimento quærenti, et difficultatem parit intelligere volenti.

IV. Vocabula aliquo modo obscura et ambigua accurate definiantur, et semper usurpentur in stabilito sensu. Si id non fiat, investigator ignorabit, quid quærat, et alios latebit quid doceat.

V. Res, de qua agitur dividatur, oportet, et singula ejusdem membra examinentur, aut explicentur. Namque divisionis ope veritas facilius investigatur, et dignoscitur, atque clarius erudiuntur alii.

N. 206. Leges Analiticæ.

Præter eas, quas prima parte cap. 4. num. 82. enumeravimus regulas pro veritate inquirenda, Analitica methodus has etiam servet leges.

I. Circa ea inquirenda quis versetur, quæ humeris suis sunt apta. Illis enim quæstionibus nemo potest facere satis quæ circa ea versantur, quorum nullam cognitionem habet.

II. Firma et certa principia atque ideæ mediæ ad comparationes instituendas præ oculis habeantur, aliter hærebit æqra, nec ulterius incedere quis poterit. Principia porro reducuntur ad rationem, experientiam et auctoritatem.

III. Inquiratur ergo immediata propositionis, quæ habetur instar principii, atque ad eam conversatur attentio. Deinde perspiciatur unde secunda manet propositio, et num inde necessario veniat et sic deinceps [illegible]

IV. Si post diuturnam meditationem contingat veritatem non agnosci examen denuo resumendum est. Si adhuc veritas non reperiatur non tamen idcirco res pronunciandа est falsa vel impossibilis quia non intelligitur. Periculum enim esset, si quis ex mente sua rerum veritatem aut falsitatem dimetiri vellet.

N. 207. Leges sinteticæ

Sinteticam methodum hæ leges committentur oportet

I. Doceri liceat et de iis, [illegible] apti. Ridiculum est enim eadocere, quæ ignorantur vel illos docere, qui doctrinæ [illegible] sustinere nequeunt.

II. Nullus admittatur terminus, nisi accurata definitione fuerit explicatus, vel communi loquendi usu, aut experientia determinatus. Definitiones vero ita disponantur, ut illæ præcedant, quæ reliquis lucem afferre possunt.

III. Axiomata et postulata statim quantum fieri potest subjungantur definitionibus, ex quibus

bus immediate deducuntur [illegible]

IV. Observationes et experimenta collocentur ita, ut ex prioribus possit reddi ratio posteriorum et modus intelligi, quo in ea inciderimus.

V. Lemmata aut propositiones demonstrandae ea ratione ordinentur ut illae praecedant, quae aliis demonstrandis inservire debent.

VI. Corollaria subnectantur propositionibus, ex quibus eliciuntur. Ubi vero obscuritas vel alia ratio occurrit, scolia locum habeant.

VII. Tunc tantum hypotheses admittantur, quando rationem reddere debenti alias non suppetunt demonstrationis principia.

VIII. Nihil demonstretur nisi ex praestabilitis definitionibus, axiomatibus, postulatis, hypothesibus, et probatis propositionibus: nullae vero propositiones adhibeantur quae vel rem, de qua agitur, non spectent, vel primis demonstrandis aut illustrandis non inserviant.

Possent et aliae plures regulae suppetari sed et illae, quae hic desiderantur, et illae etiam, quae expositae sunt plenius discuntur sola lectione librorum, in quibus praecise et accurate observantur necnon usu et exercitatione. Scolion.

Appendix de evidentia, sensu intimo, sensu naturae communi et sensibus externis

Dum vere certitudinis sesveras inquireremus prima parte cap. 3. diximus esse evidentiam, sensum intimum, sensum naturae communem, et sensus externos, de quibus nos in hac appendice acturos promisimus. Atque quidem istorum pertractatio huic loco reservata fuit, ut aliqua subjici possent eo ordine et modo, quo in disputationibus fieri solet.

Evidentia dicitur perspicuitas illa, quae veritatem adeo clare menti proponit, ut illam velut oculis intueatur, neque eidem aliquo pacto assensum denegare valeat. Evidentia a Tullio dicitur illud lumen mentis, quod per sese ea, quae sunt nobis ita ut sunt, indicat. prima parte cap. 3 num. 50. N. 208. Quid evidentia?

Ubi igitur adest evidentia, ibi etiam certitudo adsit oportet. evidentia enim certitudinem supponit, atque illi velut superadditur. Atque ex hinc vulgatum illud. quidquid est evidens est etiam certum non autem quidquid est certum, est etiam evidens. Prima parte cap. 3 num. [illegible] Corollarium 1.

Quoniam mens hoc lumine illustrata veritatem perspiciat, consequitur eidem clarissime apparere convenientiam aut discrepantiam praedicati cum subjecto. Si id contingat ex cognitione intuitiva optinetur evidentia, quae dicitur immediata. si vero ex cognitione demonstrativa, habetur evidentia quae mediata nominatur. Prima parte cap. 3 num. 48. Corollarium 2.

Evenit interdum ut quis in errores prolabatur putans se evidenti perspicuitate raptum et affectum. Attentionis nempe et examinis defectus, praejudicia, pravae affectiones efficere possunt ut pro vera evidentia habeatur illa, quae tantum apparens est. Ut hic scopulus evitetur hae, quas assignamus, evidentiae notae attendendae sunt. Prima est ut rerum clare et distincte objectum proponat et omnem N. 209. Notae verae evidentiae

omnem formidinem excludat de opposito. Sed etiam ita animum rapiat, ut velit nolit assensum nequeat denegare. Secunda ut talis semper appareat homini illam consideranti mente tranquilla, solius veritatis studiosa, et a sinistris affectibus libera. Tertia, ut eadem videatur doctissimis, qui recta ratione utuntur, et in illa arte versati sunt quoties illam attente animadvertunt. Quarta, ut ex principiis genuinae demonstrationis proprio consequatur, neque umquam falsae conclusioni praebeat fundamentum.

N. 2010.
Propositio prima.

Evidentia est infallibile, et quidem universale veritatis chriterium.

Probatur prima pars. Evidentia haberi nequit in judiciis et propositionibus falsis: ergo evidentia est infallibile veritatis criterium. Antecedens probatur. Judicium et propositio falsa nihil est quia est mera veritatis carentia. Sed ubi est evidentia, ibi aliquid reale esse debet: ergo evidentia non potest haberi in judiciis et propositionibus falsis. Maj. est certa; falsitas enim opponitur a veritate et consistit in ipsius negatione. Min. quoque est certa: ad evidentiam enim ex corollario secundo part. num. 2008 requiritur clarissima cognitio convenientiae vel discrepantiae praedicati cum subjecto. Deinde si evidentia non esset infallibile veritatis chriterium, idem posset simul esse et non esse: atqui hoc repugnat: ergo etc. Maj. probatur. Esset quidem convenientia vel discrepantia praedicati cum subjecto, quia haec manifeste perciperetur. Id vero quod non est percipi non potest. Haec eadem autem convenientia vel repugnantia simul non esset, quia mens eam percipiendo falleretur; at non falleretur si revera esset: ergo etc.

Prob. secunda pars. Illud habendum est pro universali veritatis chritherio, quod universis nos convincit de veritate nostri judicii; atqui praestat id evidentia: ergo etc. Minor prob. Judicia nostra versantur vel circa intelligibilia vel sensibilia, vel historica: atqui circa intelligibilia et sensibilia certi reddimur ab evidentia, quam pariunt ea chritheria, de quibus dicturi sumus paulo post; circa historica vero ab evidentia auctoritatis, prout vidimus prima parte cap. 5: ergo etc.

Scolion

Dum evidentiam dicimus universale veritatis chritherium innuere volumus s. omnes veritates methaphisice et phisice certas, necnon eas veritates moraliter certas, quae phisicae et methaphisicae certitudini ferme aequivalent, quaeque morales maxime dicuntur, huic tamquam universali criterio subjici. Caeteris vero moralibus veritatibus evidentiam stricte talem non adjudicamus: quia haec earum veritas, etsi sufficientibus indiciis sit innixa, quae ejus ordinis certitudinem pariant, tamen non adeo perspicue menti affulget, ut evidentiam in sensu rigoroso acceptam in nobis generet. Atque in hoc sensu verum est non omnia quae sunt certa esse etiam evidentia. Quamquam si quis evidentiam moralem statuere velit, quae ad omnes veritates morales sese extendat non contradicimus, dummodo non intelligat ejusmodi evidentiam, quae huic et in caeteris veritatibus methaphisicis, phisicis et moralibus maxime [illegible].

Praeterea animadvertendum est, duplici modo aliquid esse posse evidens, evidentia nempe interna et evidentia externa. Res dicitur interne evidens, quando clare percipitur habitudo praedicati cum subjecto: vocatur autem evidens externe, quando evidenter constat, rem ab aliquo patefactam fuisse, de cujus auctoritate dubitari nullo modo potest. Atque in hoc quoque sensu verum

verum est plurima esse vera et certa, quin sint evidentia interna

Potest homo ab evidentia in errorem induci: ergo evidentia non est infallibile veritatis criterium. Nego antec. Probatur antec. Tanta est humanae mentis brevitas et imbecillitas ut homo interdum se evidenter raptum putet ad aliquid tamquam verum affirmandum, quod tamen falsum est. ergo homo potest ab evidentia in errorem induci. Distinguo antec. Si homo potest ad aliquid falsum affirmandum tanquam verum ab evidentia spuria et apparente, concedo antec. ab evidentia coniuncta cum veris suis notis, quas numero 209 exhibuimus, nego antec. et consequentiam. Damus nempe fieri posse, ut quis falso splendore deceptus autumet quidpiam esse maxime perspicuum atque in errorem prolabatur, negamus autem id contingere posse, si evidentia sit illis indiciis munita, quae superius explicavimus. Prob. antecedens contra distinctionem. Malebranchius cum putavit nos omnia in Deo videre, Cartesius dum docuit vacui repugnantiam, Leibnitius et Wolfius dum maximam mundi perfectionem demonstrare enixi sunt se evidentia duci esse censebant. atqui isti aliique doctissimi viri praestanti mentis acumine donati etsi praedictas evidentiae notas consuluerint, tamen ab evidentia deludi potuerunt, quemadmodum delusi sunt: ergo homo ab evidentia rapi potest in errorem, etsi ea cum exhibitis notis conveniat. Concessa majore negatur minor. N. 2011. Objectiones et responsiones contra primam partem

Minor prob. Decipi potest homo ab ipsis evidentiae principiis: ergo hi doctissimi viri, etsi consuluerint praepositas notas; tamen ab evidentia falli potuerunt. Nego antec. Probo antecedens. Evidens principium hoc, quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se. Decipit in venerando Trinitatis misterio: ergo homo potest decipi ab ipsis evidentiae principiis.

Nego antecedens. Prob. antecedens. In venerando Trinitatis misterio Pater naturae divinae identificatus est Filius est naturae divinae identificatus, et tamen Pater Filio non est identificatus. ergo in hoc misterio evidens illud principium, quae sunt eadem etc. decipit. Distinguo antecedens Pater est naturae divinae identificatus, ita ut sit Deus, quin sit id omne, quod natura divina est; Filius et naturae divinae identificatus ita ut sit Deus quin sit id omne, quod natura divina est concedo antec. secus nego antece et consequ. Divina nempe natura cum tribus divinis personis simul acceptis identificata quidem est, sed non est identificata in tribus suis relationibus cum unica persona seorsim sumpta. Unde potest Patrem posse esse Deum, Filium posse esse Deum quin tamen Pater sit Filius.

Sensus intimus sive conscientia est perceptio, qua anima admonetur, et cognoscit ea, quae intus nos sunt, aut fiunt. Conscientia intimarum mutationum mentis sensio intima vocatur. N 2012. Quid sensus intimus?

Sensus igitur intimi objectum sunt perceptiones, judicia, ratiocinia, appetitiones, aversiones, desideria, propensiones animi etc. De horum, et de animae ipsius existentia Corrollarium.

nos

9° nos commonet sensus intimus eorum vero naturam aut essentiam vel nullo modo vel confuse tantum intuendam praestet. Sane ex sensu intimo agnoscimus nos existere, cogitare, modo gaudere modo dolere, jam diligere jam odisse etc. At si a nobis exquiratur, quid sit anima nostra, quid cogitatio quid odium quid amor, quid ceterae animae affectiones, inquirenti jam satisfacere non valemus.

N 213 Prop 2. Sensus intimus est critherium infallibile veritatis circa existentiam eorum, quae ope ipsius percipimus.

Prob. Existentia eorum quae per sensum intimum percipimus, tantam conjunctam habet evidentiae claritatem ut nulla major haberi et desiderari possit atqui hujusmodi evidentia est veritatis nota infallibilis: ergo sensus intimus etc. Minor patet ex prop. praecedenti; major autem probatur. Nulla major evidentia haberi nec desiderari potest illa, quam habemus nostrarum cogitationum actualium affectionum quae nobis intime praesentes sunt; atqui hae sunt illa, quorum existentiam ope sensus intimi percipimus: ergo existentia eorum etc. Minoris veritas apparet ex sensus intimi definitione, veritas autem majoris est tam manifesta, et tam alte menti infixa, ut si quis conaretur velit obscurari potius, quam declarari videatur.

Praeterea si id, quod sensu intimo percipimus fieri posset, ut intra nos reipsa non existeret illud non existeret ut supponitur, et simul existeret, quia illud in nobis existere sentimus. Porro existere simul et non existere plane repugnat.

N. 214. Objectiones et responsiones Critherium per se incertum non potest esse infallibile. atqui sensus intimus est critherium per se incertum. ergo sensus intimus non potest esse critherium infallibile.

Concessa maj. negatur minor. Minor prob. illud est per se incertum de quo non constat, an sit nec quid sit, atqui de sensu intimo non constat an sit nec quid sit: ergo sensus intimus est critherium per se incertum. Concedo majorem et nego utrumque minoris membrum. Minor prob. Neque possumus demonstrare existentiam sensus intimi: ergo non constat an sit, ut nec quid sit. Distinguo antecedens. Non potest a priori demonstrari existentia, et explicari essentia sensus intimi, concedo antec. utrumque neque a priori fieri potest neque a posteriori, nego antec. Nempe sensus intimi existentia in mente nostra cognoscitur attendendo ad ea, quae intra nos sunt aut fiunt. Ex effectibus vero colligimus quid ille sit, et dicimus esse perceptionem, qua mens cognoscit ea quae intus nos sunt aut fiunt. Atque sub data distinctione nego etiam conseq. Probatur consequentia contra distinctionem. Nemo est certus an revera habeat conscientiam eorum quae in animo suo esse aut fieri putat. ergo nec de existentia sensus intimi per experientiam intimam nec de ejus essentia per effectus constat. Nego antec. Sicut enim sensu intimo percipimus mutationem, quae in mente contingit sic ejusdem mutationis conscientiam eodem sensu obtinemus Non quasi reflexe cogitare cogamur nos jam habere

consci

conscientiam alicujus mutationis; sed quia intima conscientia adeo vivide animum afficit, ut citra reflexionem cognosci et perspici debeat. Sane si mœream, ut mihi certissime persuadeam de mœrore meo, sufficit quod hunc mœrorem intime sentiam; atque ut certissime me mœrorem hunc sentire, satis mihi est si illum reipsa sentiam.

Prob. antecedens contra responsionem. Juxta datum responsum conscientia intima est simul manifestans et manifestatur: atqui res eadem nequit esse simul manifestans et manifestatum: ergo conscientia intima per sese non innotescit. Concedo maj. et nego min. Quemadmodum nempe lumen fit per se conspicuum, nec indiget alio lumine ut videatur; sic intima conscientia per se ipsam se manifestat, nec indiget alio medio, per quod præsens sistatur menti: atque ita est simul manifestans et manifestatum. Prob. minor contra responsionem. Potest Deus mentem nostram sic afficere, ut putemus nos habere intimam conscientiam alicujus mutationis, quæ tamen in mente revera non sit: ergo fieri potest ut conscientia intima per seipsam se non manifestet, sed nos decipiat. Nego antec. id enim adversaretur divinę veracitati, bonitati, et sapientię. Deinde non potest percipi quod animus non cogitans, non gaudens &c. affici possit eodem modo, quo, quo affici solet dum revera cogitat, gaudet &c. atque suę cogitationis et gaudii intime præsentis sibi conscius est. Ita enim fieret, ut animus intra se præsentem sentiret cogitationem gaudium &c. cum revera neque cogitatio neque gaudium intime præsens foret.

N. 215
Quid sensus naturę communis?

Sensum naturę communem, sive naturę vocem appellamus illam animi inclinationem a natura omnibus hominibus insitam, nec ullo unquam ævo variatam, qua ad asserendas quasdam veritates impellimur, quin ad id rapiamur aut ab aliqua illarum ratione sufficiente distincte cognita, vel ab aliqua sensatione externa, vel ab aliqua humana auctoritate.

Omnium sæculorum experientia testatur dari judicia de rebus quibusdam externis et obviis, ad quę affirmanda propria animi inclinatione quasi compellimur statim ac rationis lumen sumus adepti, etiamsi non omnes clare et distincte earum veritatem ex criterio sufficiente cognoscamus. Ejusmodi sunt. existunt alii homines præter me: omnes non conspirant ad me fallendum in iis, quę concordi judicio afferunt. actiones hominum aliquas aliæ sunt honestę et aliæ turpes; illę laude et premio, istę vituperio et pena dignę sunt etc.

N. 216.
Requisita ut persuasio in sensu communi sit fundata

Ne autem temere aliqua persuasio in sensu naturę communi fundata dicatur, sequentia requisita sedulo examinanda sunt. primum est, ut hęc persuasio non aliunde quam a natura originem ducat. 2 ut sit et semper fuerit universalis adeo ut in ea asserenda convenerint homines patria, origine moribus, studiis pugnantes posthabitis etiam propriis commodis et utilitatibus. 3 ut altas radices in animo egerit, habeatque connexionem cum aliis certis veritatibus naturalibus. 4 ut temporis progressu in majori morum cultura, et litterarum incremento persuasio eadem in dies augeatur et roboretur: nam ut ait Tullius: opinionum commenta delet dies naturę judicia confirmat.

Corrollarium 92. Quare ad sensum communem non pertinent persuasiones utcumque communes quæ vel ab auctoritate, vel ab aliorum exemplis, vel spe et metu principium habuerunt. Tales sunt Poetarum fabulæ aliquando habitæ pro veris, polytheismus, oracula falsorum numinum, religiones et superstitiones aliorum dolo, armis, imperio, integris etiam nationibus persuasæ ec. Item neque ad sensum hunc communem pertinent persuasiones de factis quibusdam, quia hæc nonnisi sensuum experientia dicuntur. Demum neque persuasiones aliquibus tantum nationibus propriæ, etiamsi cultis gentibus communes, si sint ignotæ.

N. 217. Propositio.

Sensus naturæ communis est chriterium veritatis, quod numquam fallere potest.

Prob. Sensus naturæ communis est ipsa naturæ vox prout ex data definitione patet; atqui vox naturæ nos fallere non potest: ergo sensus naturæ communis ec. Minor prob. Vox naturæ est ipsa recta hominis ratio; atqui hæc non potest in errorem inducere: ergo neque vox naturæ; Major est certa ex definitione. Minor vero prob. Si recta ratio hominem fallere posset esset simul et non esset recta ratio: esset quidem ut supponitur, ea enim est per quam homo essentialiter a brutis distinguitur; non esset autem, quia cum posset hominem in errorem inducere, non haberet quidquam, per quod verum secerneret a falso, adeoque rationalis natura in homine deficeret: hoc autem est absurdum: ergo recta ratio non potest hominem in errorem inducere. atque idcirco, sensus naturæ communis ec.

Insuper sumus methaphisice certi de existentia Dei supremi naturæ auctoris, qui nobis illudere non potest (prima parte capite 3 num. 63 et fusius in Theologia naturali) atqui si sensus naturæ communis nos falleret ipse supremus naturæ auctor nobis illuderet: ergo sensus naturæ communis ec. Minor prob. Naturalis comparatio et inclinatio, qualis est sensus communis a solo naturæ auctore provenire potest: ergo si sensus communis non falleret ipse supremus naturæ auctor nobis illuderet; hoc autem repugnat. ergo sensus naturæ communis ec.

N. 218. Objectiones et responsiones.

Plurimi fuere homines, qui constanter inficiati sunt veritates, quæ sunt objectum sensus naturæ communis. ergo sensus naturæ communis non est infallibile veritatis chriterium.

Nego antec. Probatur antecedens. Athei negarunt existentiam Dei, idealistæ existentiam mundi, egoistæ existentiam aliorum hominum præter se; atqui existentia Dei, mundi corporei, et aliorum hominum sunt objectum sensus naturæ communis: ergo plurimi fuere homines ec.

Distinguo majorem. Qui has veritates negarunt, paucissimi fuere, et quia stulti habiti ab omnibus hominibus recta ratione utentibus, concedo maj; qui has veritates ex intima persuasione negarunt, fuerunt plurimi, et hii, qui communi persuasioni de his veritatibus aliquid officere possent, nego maj. Veritates, quas sensu communi cognoscimus, non tanta efficacitate nos cogunt, ut necessario trahant ad assensum, quemadmodum contingit in veritatibus quæ sunt sensus intimi objectum. Homines enim, cum liberi a Deo creati sint possunt ra-

tione

tione abuti, et pravis cupiditatibus indulgendo naturam depravare: adeoque aliqui omnino inepte judicare possunt et contra sensum communem. Jam vero ut aliqua veritas sensus communis objectum esse dicatur, non est necesse, ut omnes omnino homines, nullo excepto, in ea asserenda conveniant; sed sufficit, si de ea sint similiter persuasi omnes moraliter homines, paucissimis exceptis. Ex eo autem, quod paucissimi aliquam ex his veritatibus inficientur, non magis concludi potest, hęc judicia a natura non proficisci, quam quod ex parentibus aliquis in filios saeviat, argui possit, non esse naturalem amorem parentum in liberos.

Cęterum præter quam quod paucissimi fuerunt, qui se Atheos vel Idealistas, vel Egoistas profiterentur, quique apud cordatos omnes insanię notam effugere non potuerunt: vix credibile est, aliquos fuisse, qui ex intima persuasione id dicerent. Quis etenim sibi persuadeat se casu et sine causa agente existere? Quis dicat, se vel extra mundum positum esse, vel mundi auctorem sibi soli hanc tantam et tam variam mundi machinam extruxisse? Probatur major contra distinctionem. Plures fabulę actu maxime saltem hominum parti persuasę fuerunt: ergo nulla data distinctio.

Nego antecedens. Antecedens probatur. Olim Polithejsmus in toto ferme humano genere increbuerat, fabulę poetarum passim pro veris habebantur, Antipodes sancti Augustini ętate negabantur vix non omnibus, cometę suspiciebantur veluti imminentium calamitatum nuntii, et alia hujusmodi: ergo plures fabulę ec.

Nego antec. Nullum enim ex allatis judiciis a sensu communi profectum dici potest, si attendantur requisita a nobis num. 216 indicata. Enimvero hoc ipso, quod persuasiones illę jamdudum delete sint, manifestum est, non paulatim omnium hominum animos sed tantum aliquos certę cujusdam ętatis illis occupatos fuisse.

Sane ad Polytheismum, quod attinet, id non tantum ab Hebreorum gente, et deinceps a Christianis, verum etiam a quam plurimis sapientioribus, qui illum more patrio publice profiteri tenebantur, tacite ridebatur, imo satis apperte refutabatur neque unquam falsorum numinum cultores in determinando deorum numerum, aut in definiendis eorum nominibus et natura consenserunt. Poetarum fabulę a nemine, qui non plane rudis et stupidus esset in veritatum numero habitę sunt. Opinio de cometis non ex sensu communi, sed ab aliorum auctoritate et institutione profecta est: quod etiamnum experimur inter plebejos et indoctos. Antipodes quoque diu ante Sancti Augustini ętatem cognitos fuisse, legitur apud Plinium lib. 2. cap. 62. et apud Ciceronem in somnio Scipionis cap. 6. Sed hęc controversia inter doctos tantum agitatur: et proinde non fuerat communis persuasio.

Probatur contra responsionem. Non repugnat sensum communem aliquando fallere: ergo dari possunt persuasiones communes falsę.

Nego antec. Probatur antec. Omnes homines habent commune quoddam in voluntate vitium, inclinationem nempe ad malum ex Adami peccato ortam: ergo non repugnat commune vitium in intellectu, quod ad falsum nos inclinet: adeoque neque repugnat sensum communem

 munem aliquando fallere

Concedo antecedens, nego conseq. Disparitas enim est inter hæc duo. inclinatio nempe ad malum, quam post Adæ peccatum in voluntate experimur, nulla imperfectione Deum gravat, propterea quod ista ad malum inclinatio non deducit nos a fine creationis, si rationi obsequentes, libere ut possumus, denegemus consensum malo juxta notum illud: non nocet sensus, nisi adsit consensus. E contra si falsa essent judicia illa, ad quæ naturali inclinatione omnes homines ratione utentes feruntur circa eas cognitiones, per quas tamquam media proxima ad finem creationis nostræ ordinamur; sane providentia in Deo, et seria voluntas nos producendi ad creationis finem stare minime posset; ac proinde manifesta imperfectio redundaret in Deum. Damus equidem, quod per originale peccatum vis et lumen intellectus nostri debilitatum sit. Sed nullo modo intelligere, neque cum summa Dei veracitate et bonitate possumus componere quod per hanc debilitationem indita sit intellectui, nativa aliqua propensio ad ferenda judicia falsa præsertim in rebus maximi momenti, circa quas sensus naturæ communis versatur.

Probatur consequentia contra responsionem. judicia a sensu communi profecta carent sufficientibus veritatis indiciis: atque in ejusmodi judiciis intellectus noster potest inclinare ad falsum: ergo ejusmodi judicia possunt esse falsa.

Distinguo maj. carent in se sufficientibus veritatis indiciis, nego maj. quia revera in se habent sufficientem rationem veritatis. carent sufficientibus veritatis indiciis, hoc est sufficiens ratio veritatis ipsorum non adeo perspicue proponitur per indicia sufficientia, ut solent proponi veritates perspicuæ, concedo maj. Distinguo etiam consequens: ergo possunt esse falsa si etiam in se careant ratione sufficiente veritatis, concedo consequens; secus nego consequens et consequentiam. Etsi autem non perspiciamus distincte rationes sufficientes veritatis in judiciis sensus communis; tamen quod hæ rationes illis insint, eo minus dubitare possumus quo communius ex naturali mentis habitudine ad ea afferenda inclinamur.

Probatur consequens contra distinctionem et responsionem. si nemo dubitaret de ratione sufficiente, quæ inest judiciis sensus communis, nullus homo ea repudiaret; atqui constat ea repudiari a plurimis præcipue circa morum et religionis principia. ergo in judiciis sensus communis non latet ratio sufficiens &c.

Distinguo maj. Si haberent rationem sufficientem distincte cognitam, concedo maj. si tantum confuse cognitam habeant, nego maj. et consequentiam. Sive cognoscatur, sive non cognoscatur distincte ratio sufficiens veritatis talium judiciorum. Dummodo illa ratio revera insit, profecto vera erunt hæc judicia prout ex dictis patet. Qui vero ejusmodi inditia repudiant, id non faciunt, quia revera dubitent illis inesse rationes sufficientes veritatis, sed quia ea pravis suis cupiditatibus adversantur.

Marg Quo

Sensus externos esse illas nostri corporis partes, quarum ope sensationes et perceptiones in anima gignuntur, vidimus parte prima cap. 1. Jam vero testimonium sensuum externorum vocamus illam ideam aut notionem, quæ in mente excitatur occasione impressionum in sensus ipsos factarum. N. 219 Quid testimonium sensuum externorum?

Scolion.

Sensus continuo et diversi modo ab externis objectis affici, unusquisque quotidiana edocetur experientia. Eorum autem testimonium circa corporum statum et naturam non semper est certum. Sæpe enim nos fallit, velut e. g. dum proxima videntur quiescere, quamvis moveantur; dum turris quadrata eminus apparet rotunda; dum baculus aquæ immersus nobis sistitur ut curvus ec. Hoc præterea testimonium neque internam objectorum naturam, neque in quo consistant apparentes corporum proprietates vel qualitates, nos admonet. Atque etiamsi manifeste colligamus inesse debere corporibus capacitatem aliquam, vi cujus sensatio aut perceptio in nobis exurgat; tamen quid hoc sit, ex sensuum testimonio non addiscimus. Insuper sensus neque minima, neque nimis distantia objecta nobis anunciant, imo neque minimas partes objecti præsentis. Similiter neque certiores nos faciunt de qualitate impressionis, quam idem objectum in aliis producit, eo, quod id pendet a diversa organorum compositione et dispositione. Demum, si diverso diverso tempore idem objectum producat impressiones ~~variatas~~ variantes impressionis causam sensus non referunt; non enim manifestant, utrum hæc diversitas a mutatione descendat, quæ in organo, vel potius in objecto facta fuerit.

Porro plura sunt, de quibus nullum reddunt testimonium sensus, vel dubium reddunt, quia supremus naturæ auctor, qui nihil frustra molitur, idcirco tantum hos nobis dedit sensus ut necessarias eorum ope acquireremus cognitiones rerum, quæ vitæ ducendæ inserviunt, quales non sunt illæ de quibus nullum, vel dubium testimonium referunt sensus. Quod si sæpe fallimur in ferendo judicio circa naturam internam rerum, vel etiam circa statum corporum, quæ nobis sistuntur a sensibus, id imputandum est menti, quæ nimia facilitate et quandoque etiam temere in ferenda judicia propendit. Sensus semper revera exhibent quod ipsis apparet: id, quod ulterius est, mentis est. Quare de intima corporum, quæ sensus repræsentant, natura, mens ex solo sensuum testimonio numquam judicet. De statu autem corporum nonnisi cum grano salis judicium efformet.

Cæterum sensuum externorum testimonium esse certum et evidens veritatis indicium, ubi corporum existentiam, et aliquas eorum qualitates et relationes exhibet, demonstraturi sumus. Sic destruetur audacia Georgii Berchelei, qui in hac rerum universitate nihil admittens præter Deum et spiritus, contendit immediate Deum in spiritibus excitare sensationes, quæ ad corpora tamquam occasiones referuntur et ideas corporea objecta exhibentes licet corpora extra mentem non existant.

Ad id autem supponimus primo evidentiam intuitivam sensus naturæ communis, quam superius demonstravimus. Non enim aliquo modo certi esse poterimus de sensuum testimonio, nisi prius certum nobis sit, mundum corporeum existere nos corpore præditos esse, et dari in natura leges juxta quam omnia peraguntur, quæ quidem veritates sunt objectum sensus naturæ communis. Deinde ut sensuum externorum testimonio tuto fidere possimus iis, quas apponimus conditiones considera-mus.

N. 220.
Conditiones pro sensuum testimonio.

Prima est, ut testimonium, quod sensus reddunt consentiat cum ratione. 2. ut sit uniforme, nempe ut alii etiam, et aliorum sensus idipsum exhibeant. 3. ut sit constans idest ut res diverso tempore distantia situ ac semper eadem appareat. 4. ut sit vividum, hoc est, ut sensus sint validi, et apti ad rerum existentiam affectiones et qualitates representandas.

Corollarium.

Unde apparet sensuum testimonio esse reiciendum, quando qualitates sensibiles e. g. colores, ad corpora referant, quasi in illis existerent: ratio enim ex aliis aliunde certis principiis contrarium judicat. Rejiciendum quoque constat oculorum testimonium quando e. g. baculum aquæ immersum curvum exhibent: tactus enim, cujus proprium est explorare magnitudinem distantiam, connexionem partium in corpore, illum nobis representat ut rectum. Item non erit fidendum sensuum testimonio, quando sensatio præsens pugnat cum sensationibus præcedentibus. Sed judicium est cohibendum, donec clarius de veritate appareat: timendum est enim vel objectum rite non fuisse representatum, vel mutationem aliquam in objecto ipso, vel in organo contigisse. Verum testimonium sensuum non esse attendendum notet, quoties constet eos validos et vegetos non esse vel ex naturali defectu, vel ex infirmitate, vel propter intemperantiæ habitus non posse recte sistere objecta. Sed tunc eorum testimonium est spectandum quos perfectis organis esse instructos tuto credere licet. Nunc jam sit.

N. 221.
Prop. 4.

Sensuum externorum testimonium hisce conditionibus coarctatum reddit nos physice certos de singulorum corporum existentia, et de quibusdam eorum affectionibus et relationibus.

Prob. Illud est veritatis physice certæ argumentum invictum, in quo mens nostra ita conquiescit, ut spectatis communibus naturæ legibus nil aliud requirat, ut ineluctabiliter confirmetur rem ita esse atqui hic est status humanæ mentis in testimonio sensuum externorum hisce conditionibus coarctato ergo testimonium sensuum externorum &c. Major patet tum ex physicæ certitudinis ratione, tum etiam ex dictis de evidentia. Minor autem prob. Omnes toto vitæ tempore habent persuasionem et quidem ineluctabilem in intimo sensu fundatam pro corporum existentia asserenda ergo ubi sensuum externorum testimonium hisce conditionibus coarctatum refert singulorum corporum existentia &c. ille est humanæ mentis status, ut huic testimonio penitus conquiescat, nec spectatis naturæ legibus aliud requirat, ut rem ita esse certissime confirmetur. Antecedentis veritatem unusquisque colliget primo ex ratione agendi hominum, quæ satis manifestat persuasionem de corporum existentia, secundo ex interrogatione propriæ conscientiæ in qua inveniet hanc persuasionem de corporum existentia altas et profundas jecisse radices, ut nullo mo-

do

modo eam tollere possit. Profecto Berkeleyus, dum fame corriperetur ad mensam lubens accedebat, ut commederet; atque ita satis manifestavit, se persuasionem hanc exuere non potuisse. Quomodo enim tangere, sedere, deambulare, gustare ac potuisset, si corpora extra se posita fuissent?

Deinde sensus nostri nonnisi Deum possunt habere auctorem; atqui si habent Deum auctorem eorum testimonium his conditionibus coarctatum debet esse phisice certum: ergo sensuum externorum testimonium &c. De majore nemo ambiget, nisi qui vel Dei vel sensuum existentiam negat. Minor autem prob. Si sensuum, quorum Deus nobis auctor est, testimonium his conditionibus coarctatum phisice certum non esset, errores ex ipso testimonio provenientes Deo essent imputandi: atqui errorem in Deum refundere absurdum est: ergo si sensus Deum habent auctorem, eorum testimonium &c. Major est certa. Etenim cum invincibiliter inclinemur ad corporum existentiam asserendam, cumque sensus idcirco nobis sint dati ut existentiam cognoscamus eorum, quae ad hanc vitam necessaria sunt, falleremur primo a nostra propensione pro corporum existentia asserenda, quia nullum esset corpus, falleremur item a nostris sensibus, qui vel nihil exhiberent, vel semper fallaciter exhiberent: unde jure merito in Deum errorem refunderemus. Quae tamen cum summa Dei veracitate et sapientia componi nullo modo possunt. Superest itaque, ut concludamus, sensuum externorum testimonium his conditionibus coarctatum &c.

Testimonium sensuum externorum semper potest nos decipere: ergo ex eo numquam possumus reddi phisice certi de corporum existentia et quibusdam eorum affectionibus et relationibus. Nego antec. Prob. antec. In somnio adeo vivide afficitur afficimur, ut revera nobis videamur videre, et tangere corpora, quae tamen nuspiam sunt: ergo a pari etiam dum vigilamus dubitare semper possumus, utrum &c. Concedo antec. nego conseq. Dispar enim est somnii vigiliaeque ratio, eo quod illa, quae per somnium objiciuntur, neque percipiuntur tam distincte, neque perreguntur ea certa et aequali lege, quam vigilantes experimur. Atque inde fit, ut cum primo expergiscimur statim somniorum vacuitatem et inanitatem deprendamus. Probatur consequentia contra disparitatem. Phrenetici et furiosi res nullibi existentes imaginationis vi intuendum tam vivide, ut vix a sensationibus nostris differant; atqui isti vigilant. ergo etiam dum vigilamus dubitare semper possumus utrum &c. Concedo maj. et min. et nego conseq. Enorme interest discrimen inter ideam ab imaginatione productam, et inter ideam ope sensuum excitatam. Diverso enim modo afficimur dum rem gustamus, ac cum praeteriti gustus recordamur, dum solem intuemur, et ejus instillas sentimus, ac cum de eo cogitamus. Deinde si furiosi et frenetici alienationem resanant, errores suos deprehendunt et damnant: dum e contra ubi debitae conditiones a nobis requisitae ad certitudinem ex sensuum testimonio obtinendam, tantum abest, ut temporis progressu nos deceptos fuisse cognoscamus ut quinimo in dies magis magisque in veritate confirmemur. Sed neque nos tantum, sed etiam alii recta ratione utentes id esse verum sibi firmiter persuadent, de quo in his adjunctis sensus referunt testimonium, et conveniunt omnes nobiscum ut furiosorum et phreneticorum insaniam videant et commiserentur. Probatur consequentia contra responsionem. Deus efficere potest, ut patiamur impressiones, quae in sensibus nostris a corporibus

N 222.
Objectiones et responsiones.

ribus

ribus externis dum tamen revera ita non est: ergo etiamsi vigilemus et neque furiosi simus neque frenetici, dubitare semper possumus, utrum &c. Distinguo antecedens. Deus potest id efficere si spectetur absoluta sua potentia, concedo antecedens; potest id efficere stantibus naturae legibus, et naturali rerum ordine in sensu communi fundato, nego antec. et conseq. Posset utique Deus de absoluta potentia sensationes in nobis producere, quas ex corporibus provenire putaremus: at communis naturae sensus circa corporum existentiam et naturalem ordinem evidenter nos convincit, impossibile esse, ut hujusmodi sensationes a Deo semper proficiscantur. Prob. consequentia contra distinctionem. Cum Deus de absoluta sua potentia efficere possit, ut putemus impressiones fieri in sensibus a corporibus externis, quae tamen revera non sint timendum est, ne semper consuetis naturae legibus derogat, vel derogaturus sit quemadmodum derogavit ex. g. in venerabili Eucaristiae Sacramento, in quo oculi judicant esse panem id, quod revera est Christi corpus: ergo etiamsi vigilemus et neque furiosi neque frenetici simus, dubitare semper possumus &c.

Nego antec. Deus enim nec semper, nec sine ratione naturae legibus derogat, et continua, in qua versaremur illusio summae Dei veracitati repugnat. Praeterea si ad id necesse esset, ut Deus continuo derogaret statutis naturae legibus, prout sonat objectio, concludimus adversarium istas leges supponere. Jam vero quomodo supponi potest: si semper timendum sit, ne continuo iis derogetur per constans et universale miraculum, quod earum cursum semper prohibeat? Profecto dicendum esset motiones eas vel omnino non existere, vel saltem esse prorsus innutiles. Caeterum non eam sensuum testimonio certitudinem tribuimus, quae neque per miraculum exceptionem admittat: diximus enim sensuum testimonium sub assignatis conditionibus parere de suo objecto certitudinem phisicam et ipotheticam non vero methaphisicam et absolutam. Porro omnes christiani Philosophi fatentur nobiscum certitudinem phisicae per miraculum derogari posse. Quare secundum distinguemus consequens semper dubitare possumus, utrum sensationibus nostris objecta externa respondeant, licet non simus methaphisice certi, concedo consequens: licet neque simus certi certitudine phisica et ipothetica, nego consequens. Prob. antec. contra responsiones. Si res ita se haberet, opus nobis esset aliquo caractere in sensu communi fundato, ex quo dignoscere possemus, utrum in peculiaribus casibus sensationes nostrae a Deo immediate proveniant, an potius ab objectis externis: atqui nullum nobis suppetit hujusmodi critherium in sensu communi fundatum: ergo neque phisice certi esse possumus utrum sensationibus nostris &c. Concedo maj. nego min. Minor prob. istud critherium in sensu communi fundatum esset profecto naturalis illa propensio, qua corpora extra nos existere credimus; atqui haec propensio potest esse fallax: ergo nullum ejusmodi &c.

Concessa maj. nego min. Minor probatur. Propensio, quae argumentis ex ratione petitis contrariis est, potest esse fallax praejudicium: atque talis est propensio, qua judicamus existere corpora: ergo ea potest esse fallax praejudicium. Concedo majo. et nego min. Probatur minor. Ratione enim novimus, possibile esse, ut corpora non existant, et illa esse in nostris

sensi:

si existant: ergo propensio qua ducimur ad asserendam corporum existentiam, argumentis extra ratione petitis eradicari potest.

Distinguo primum antecedentis membrum. Docet ratio, possibile esse ut non existerent ea corpora, quae tamen existunt concedo primum antecedentis membrum: docet ratio, possibile esse ut non existant corpora, de quorum actuali existentia judicat ex naturali propensione invincibili, nego primum antecedentis membrum; et negato etiam secundo membro nego consequentiam. Ratio enim ex eo, quod alicujus rei non existentiam possibilem cognoscat non idcirco concludit rem eandem non existere, quando invicta argumenta ejus existentiam demonstrant; quippe quia a posse ad esse rationem non valere nos docet ratio ipsa. Profecto si quis praeferat omnes probitatis et doctrinae caracteres, qui fidem sibi comparare possunt, ei factum aliquod referenti fidem praestamus, etsi ratio nobis suadeat factum illud posse non esse verum. Jamvero fieri utique posset absolute loquendo, ut oculis nostris merae corporum species et simulacra obversarentur; at cum naturalis propensio a Deo nobis indita, nos instruat rem non ita se habere, nullum dubium superesse nobis potest, quod aliquo fallaci praejudicio inducti in errorem possimus. Ejusmodi enim est ista propensio ut nobiscum nata in dies augeatur, ut quantumvis conemur, illam a mente eliminare non possimus, ut ad omnium hominum universalitatem se extendat quin ullus inveniatur, cui insita non sit. Porro hujusmodi inclinationem esse notam veritatis infallibilem demonstravimus num. 217. Corporum autem inutilitatem gratis omnino asserunt adversarii. Namque etiamsi ad aliud non inservirent quam ut essent nostrarum sensationum occasio tamen ea ad finem ordinata non esse numquam dici potest. Si enim a Deo creata fuissent, tantum ut suam manifestaret omnipotentiam, nonne finis iste sublimissimus esset? Denique si haec argumentandi ratio valeret, tolli posset omnis certitudo et in [blank] praecipitio laberemur. Nonne enim dicere ego possem e.g. incertum esse, utrum homines naturali natura gaudeant? ad hoc enim credendum ex naturali propensione ferimur. jamvero ista propensio, reponerem ego tolli potest. Possibile enim est, ut more machinae exerceant eos motus et opera quae ab hominibus exercentur. inutile est homines mente donare: cum enim illa sit tantum occasio motuum, qui in corpore excitantur, Deus absque ista occasione potest idipsum efficere, quod ejus interventu operatur: ergo quoque ut dubium est, utrum homines rationali natura polleant. At numquid haec admittunt adversarii, quibuscum rem habemus? Minime gentium: ergo etiam ab opposita cavillatione se retrahant. Probatur contra responsionem. Eadem naturali propensione, qua judicamus sensationes esse in corporibus, libere judicamus etiam existere corpora; atqui fallit nos haec propensio in primo casu: ergo fallere potest etiam in secundo. Nego maj. Si enim sine praejudicio ad sensationis naturam attendatur, facile cognoscitur, sensationem in ipsa mente residere, non vero in corporibus. E contra quantumvis quis dubitare

velit

velit de corporum existentia id numquam poterit sibi persuadere. Judicium itaque latum de corporum existentia non est liberum eque ac illud, quo prejudicati putant sensationes corporibus inesse. Prob. major. Qualitates corporee vel corporibus insunt vel menti. Si insunt tantum menti, corpora non existunt et fallimur a propensione nostra in corporum existentiam asserendam, atque frustra dicimus sensus externos nobis exhibere testimonium de corporum existentia etc. Si autem insunt corporibus tantum, sensationes in corporibus esse debent. ergo vel corpora non existunt, et de his nullum testimonium exhibere possunt sensus, vel tam libere pronunciamus corporum existentiam quam sensationem in corporibus ipsis.

Responsio dilemma, quod adducitur peccat contra leges num. 104 allatas. Supponit enim omnes corporeas qualitates vel menti, vel corporibus inesse, quod omnino falsum est. Duplicis nempe generis sunt qualitates sensibiles primarie, scilicet extensio, motus, figura, atque he ipsis corporibus insunt. et secundarie, hoc est impressiones quedam in nobis excitate occasione rerum sensibilium, quales sunt sensationes colorum, odoris, soni etc. que neque in corporibus neque in sensibus existunt sed in mente, prout alio in loco videbimus. Unde sitmentem recipere quidem ideas extensionis, figure etc. sed eodem tempore ex invicto naturali judicio referre nos extensionis, motus, figure ideas ad objectum aliquod extra mentem existens. Atque hinc apparet naturalem propensionem nos non fallere, sensus de plurimorum corporum existentia certos nos reddere et sensationes esse in mente, in corpore vero esse qualitates aliquas sensibiles, que sensibus subjecte varias in mente sensationes et perceptiones producunt.

Prob. contra responsionem. Si primarie iste qualitates non menti sed corporibus inessent, sensus ipsas illas exhibere deberent uniformiter quando nulla in corporibus contigit immutatio: atqui etiamsi nulla in corporibus contigerit immutatio, sensus modo majorem, modo minorem extensionem exhibent in objecto, modo acceleratum, modo tardiorem motum, modo unam modo aliam figuram, colorem etc. prout testatur experientia: ergo vel iste qualitates non insunt corporibus vel sensus quibusdam limitibus coarctari possunt, suo testimonio nos semper decipere.

Distinguo maj. Sensus illas exhibere deberent uniformiter, quando neque in objecto, neque in organis facta est immutatio, concedo maj. secus nego maj. et consequentiam. Que distinctio ut probe intelligatur, notandum est ideis sensuum non representari sensibiles corporum qualitates absolutas, scilicet illas, que corporibus spectata eorum interna eorum indole conveniunt, sed qualitates relativas tantum, id est illas que presentibus mutationibus organorum respondent. Diversitas vero harum mutationum oritur non solum ex diversis qualitatibus corporum sed etiam ex variis affectionibus organorum et ex varia indole medii, idest corporum, que interjacent inter organum et corpus, quod sensu percipitur, e.g. aeris, aque vitri etc. Ex hinc vestis candida si per rubrum vitrum inspiciatur apparet rubra, sic que arbores in altis montibus si valde procul ab oculis distent apparent cerulee. lapis absolute calidus in manu calidiore sentitur frigidus, quia frigus aliud non est quam minor caloris gradus. Quare verum

est

est sensuum testimonium, neque in hoc casu nos fallere eo quod exhibet objecta modo conformi actualibus organorum mutationibus. Atque ex hoc apparet etiam, cur homines in diudicandis sensibilibus rerum qualitatibus non consentiant. id nempe evenit ideo, quia singuli illas tantum mutationes cognoscunt, quae in propriis organis efficiuntur ab objectis externis, non vero illas quae in aliorum organis producuntur. Caeterum ubi concurrant omnes conditiones a nobis requisitae quicumque erroris aut deceptionis timor evanescit.

Finis Logicae.

In Methaphisicam Prolegomena

§. 1. Unde nomen Methaphisicae?

Aristotelis opera cum in subterranea specu in qua diu abscondita fuerant, eruta fuissent, ab aere, vermibus et humore esse vitiata inventa sunt. Illa deinde post varias vicissitudines obtinuit Andronicus Rodius, qui eadem in ordinem digerere studuit. Cum vero praeterea, quae ad Logicam Phisicam et Ethicam spectabant, nonnulla superessent, quae agebant de Ente in genere, haec Phisicae subjecit, et Methaphisica inscripsit, idest post Phisicam collocanda, sive phisicis adjicienda. Ex tunc haec Philosophiae pars, quam pertractandam suscipimus, Methaphisica fuit appelata: quod quidem nomen Alexander Aphrodiseus omnium primus usurpavit, antiquis vero Philosophis et Aristotheli ipsi fuit penitus ignotum.

§. 2. Quid Methaphisica?

Methaphisica, si nominis origo spectetur, est scientia entis in genere: etenim ex numero praecedenti hoc nomine donata fuere illa Aristotelis opera, quae de ente in genere tractabant. Si vero ejusdem nominis natura perpendatur (ducitur enim hoc nomen a meta idest supra, et a Phisis, idest natura) est scientia omnium mere intelligibilium. Porro ad intelligibilia revocantur non solum omnes spiritus, sed etiam mundus ipse generaliter et in abstracto consideratus.

§. 3. Divisio eius.

Ex hinc Methaphisica in quatuor partes dispescitur, nempe Ontologiam quae agit de ente in genere; Cosmologiam, quae in abstracto generalem de mundo tractationem instituit. Theologiam naturalem quae existentiam et attributa Dei, quatenus lumine naturae nobis innotescunt, contemplatur; et Psicologiam in qua de animabus humanis et etiam belluinis sermo est: quae duae posteriores partes sub nomine Pneumatologiae comprehenduntur, quia circa spirituales substantias versantur.

Scolion.

Ante Wolphium Methaphisica inter Ontologiae et Pneumatologiae fines coarctabatur. Wolphius omnium primus ceteris partibus Cosmologiam adjunxit quae quidem etsi proprius ad Phisicam pertineat, tamen quatenus mundum in genere et in abstracto con-

 siderat, ad Methaphisicam translata fuit. Wolphium secuti sunt plurimi post eum Methaphisici, et nos quoque sequamur. Atque sic Methaphisica definiri potest: Universalis scientia rerum omnium intelligibilium, atque a materia vel natura sua vel cogitatione nostra secretarum.

N. 4. Methaphisicę utilitas.

Cum allata definitio palam ostendat, Methaphisicę objectum longe lateque vagari atque diffundi, ejusdem etiam utilitatem demonstrat. Aperit enim, ex Methaphisica aptam parari viam ad ceteras scientias facilius et tutius addiscendas, quia rationem exhibet, qua de rebus in unaquaque scientia contentis notiones et ideę obtineantur accurate. Methaphisica igitur locum habet in omnibus ratiocinii disciplinis, adeo ut nemo possit magnum in illis progressum sibi promittere, qui non prius ex generalibus principiis ratiocinia efformare noverit, qui universales notiones Entis, substantię, necnon corporum eorumque elementorum non acquisiverit, qui specialibus notionibus spiritualitatis, immortalitatis, ac libertatis animę humanę, necnon existentię atque providentię divinę non sit instructus. Cumque hominis felicitas et beatitudo sita sit in voluntate perfecta, quę in perfecto bono desendit, istius vero boni possessionem nemo assequatur, nisi per rectam morum conformationem: ideo nonne summopere utilis erit Methaphisica, quę Ethicę et Theologię primas notiones sternit? Quam deinde humano intellectui oblectationem non affert, ubi mundi interiora, sive intelligibilem et verum mundum ex indivisibilibus causis et invisibili ordine pulcherrime constructum contemplatur? Ad istas notiones nemo profecto pervenit ex hiis, qui Phenomena tantum mundana admirantes nihil esse putant preter id, quod oculis subjicitur sensibus. Essentia enim, vires, ordo, finis, pulchritudo primarum substantiarum ex quibus spectabilis hic mundus coalescit, atque primę causę potentia, ars et actio in mundi creatione et conservatione nemini patent quantum patere possunt, nisi Methaphisico. Verbo dici potest, unam Methaphisicam ad veras et profundas cognitiones comparandas inservire, et sibi patent, qui cum animum in Methaphisicis non excoluerint, phisicę, moralis, naturalis jurisprudentię, Theologię, quę sublimiora scrutatur misteria, scientiam affectant. Quam quidem veritatem nemo peritissimorum inficiatur. Quare jure merito veteres Philosophi summis laudibus Methaphisicam celebrantes, illam esse docuerunt Philosophiam primam, sapientiam universalem, principium, et fundamenta omnium scientiarum: Qui enim Methaphisicam ignorat, ignorat etiam oportet indubitata principia distincte cognita, ad quę judicia et ratiocinationes suas revocare possit.

N. 5 Ejus origo et progressus.

Cum Methaphisica sit universalis scientia, in aperto est, eam jam ex tunc esse cepisse, quando homines et esse et sapere ceperunt. Subtilius autem de his rebus omnium primum Philosophorum fuisse Pitagoram, et Eleaticos, valde probabile est ex philosophica historia, atque ab istis ad Platonicos, Stoicos et Peripateticos descendisse videtur. Ante alios vero hanc scientiam in ordinem redegisse dicitur Aristoteles. Sed cum antiquus Philosophis

partibus

partibus fortunam nacta est Methaphisica: post tardos a nativitate progressus in confusum monstrum deformata derelicta, colapsa et ferme oblivioni demandata fuit ast post restauratae rei Philosophicae Methaphisica non solum fuit in pristinum gradum restituta sed etiam ad summi splendoris gloriam adducta, quod quidem factum debemus Carthesio precipue, Gassendo, Leibnitio, Wolphio, aliisque plurimis doctissimis viris.

Methaphisicae pars prima, sive Ontologia.

Tradit philosophica hystoria, Ontologiam esse illam Methaphisicae partem, cui primo methaphisicae nomen tributum fuit. Dicitur autem Ontologia ab <u>ὄντος</u> et <u>λόγος</u>, quae graeca verba latine <u>sermonem de Ente</u> significant, vel etiam Ontologia ab <u>ὄντος</u> et <u>σοφία</u>, quae ex Greco vero sonant <u>Scientiam de Ente</u>. Ejus objectum est generaliter disserere de ente ejus proprietatibus et speciebus. Cum vero ad id saepius opus sit demonstratione, ejusdem tractationi proponuntur universalia demonstrationis principia. Definitur itaque Scientia quae post explicata generalissima humanae cognitionis principia ens in genere examinat, atque universales et abstractas rerum notiones determinat. N. 2. Ontologiae objectum et definitio.

Cum omnia, quae a nobis percipi possunt, in eo conveniant, ut sint entia, patet, Ontologiam ea omnia complecti, quae Deo, animabus, et materiae sunt communia: atque idcirco <u>Methaphisica generalis</u> <u>Philosophia prima</u>, <u>omnis scientiae fons</u> et appellata fuit et solet appellari. Amplissimum, circa quod versatur objectum, uniquique ejusdem praestantiam utilitatem, et necessitatem ob oculos ponant. Corollarium.

Ontologiae tractationem sic dividimus, ut sex capitibus omnia complectamur, quae a Philosophis tradi solent. Agemus nempe in primo de primis humanae cognitionis et demonstrationis principiis, atque mutua eorum relatione: in secundo de ente ejus essentia et existentia necnon ordine, veritate atque perfectione: in tertio de attributis, modis et relatione entium, necnon de variis relationum generibus: in quarto de substantia et accidente, de vi et causis: in quinto de finito et infinito de necessario et contingente, de mutabili et immutabili, de simplici et composito: in sexto de extenso continuo, spacio, loco, tempore, et motu. Scolion.

Caput I.

De primis humanae cognitionis et demonstrationis principiis, atque de mutua eorum relatione.

Cognitionis humanae definitionem, species et gradus exposuimus logicae parte prima cap. 8. Nunc primo loco videndum est, quid sit demonstratio et quibus innitatur.

Demonstratio est argumentatio, qua datae propositionis veritas legitime concluditur N. 3. Quid et quotuplex demonstratio?

... ex premissis. Est autem directa vel indirecta. Directa sive ostensiva illa est, qua ex notione subjecti, sive notione conditionis subjecto adhaerentis ostenditur praedicatum subjecto competere, vel repugnare. Indirecta seu apagogica illa dicitur, qua primo ponitur tamquam verum id quod est contrarium aut contradictorium illius quod probandum est, et deinde infertur repugnare vel notioni subjecti vel ejus conditioni, vel cuique alteri certo principio aut propositioni demonstratae. Demonstratio autem quaecumque ex principiis certis et evidentibus procedat oportet. Quare inniti debet definitionibus, axiomatibus, experientiis, et aliis propositionibus certis etc.

N. 8. Quid principium et principiatum?

Principium in genere dicitur id, quod in se continet rationem sufficientem alterius. Id vero quod in alio habet rationem sufficientem, principiatum appellatur.

N. 9. Quae humanae cognitionis et demonstrationis principia?

Cognitionis et demonstrationis principia vocantur illa axiomata, quorum ope ceteras veritates cognoscimus et demonstramus. Talia sunt e. g. quod est, est. Idem non potest simul esse et non esse.

N. 10. Quid et quotuplex principium primum?

Illud axioma, quod aliquo alterius modo, et sub aliquo respectu continet in se rationem sufficientem omnium ceterarum veritatum, quae quae in alio principio non habent rationem sufficientem dicitur primum principium. Cum autem aliae veritates sint necessariae quae nempe sine contradictione falsae esse nequeunt, ut haec circulus est rotundus; et aliae contingentes quae pro aliquo casu sine contradictione possent esse falsae, veluti ista ego existo. Idcirco duplex est statuendum primum principium, unum pro veritatibus necessariis, et alterum pro contingentibus, inter quae tamen mutua sit relatio. Pro veritatibus necessariis primum principium asserimus esse principium contradictionis quod sic a Philosophis enuntiatur: idem non potest simul esse et non esse. Pro veritatibus autem contingentibus hoc effatum nihil eidem ratione sufficiente. Cum autem unicum tantum in genere possit et debeat esse primum principium. Idcirco ambo ista pari jure nequeunt esse prima, sed unum alteri est subjiciendum.

Scolion. Dum principium contradictionis admittimus primum veritatum necessariarum principium nolumus nos id intelligi omnes veritates oportere ex eo tamquam fonte descendere, sed tantum illud esse ad quod tamquam unicum tribunal omnes nostras cognitiones exigamus, et cujus ope omnes nostras demonstrationes tamquam lydio lapide veras esse ostendamus quando cum pervicacibus adversariis rem habemus.

N. 11. Requisita ad primum principium

Jam vero ad primum principium tria requiruntur. Primo ut per se sit evidens ac natura; secundo ut per nullum aliud possit demonstrari; 3. ut ad hoc omnes demum reducantur veritates saltem indirecte.

Principium contradictionis est primum veritatum necessariarum principium. N. 12. Propositio prima.

Prob. Principium contradictionis ornatum est omnibus requisitis caracteribus, qui requiruntur ad primum principium: ergo principium contradictionis &c. Prob. ante. Primo est evidens ac notum, ita ut statim ac concepti fuere ejus termini mentem rapiat et omnes sana ratione utentes illud clare percipiant. Secundo per nullum aliud potest demonstrari: negato enim contradictionis principio nullum aliud erit, quo quis possit de errore convinci, adeoque aliquid esse poterit, et simul non esse. Tertio per ipsum cetere omnes veritates et principia saltem indirecte demonstrari possunt. Si enim axioma sit negativum, qui illud negat, ponit simul subjectum et praedicatum, idest duo, quorum unum necessario excludit alterum: adeoque ad hoc principium redigitur demonstrando, quod in hac Hypothesi idem subjectum esset simul et non esset tale: esset quidem, sicut asserit adversarius: non esset autem, quia subjectum excludit praedicatum. Si vero axioma sit affirmativum, qui illud negat, ponit subjectum et reicit praedicatum. Atqui axioma ex sua materia debet esse necessarium, talem habet nexum subjectum inter et praedicatum, ut unum sine alio omnino esse non possit: ergo qui illud negat, ponit ejus subjectum et simul reicit, adeoque sibi aperte contradicit. Praeterea ens vel consideratur in quantum est vel relate ad modum, quo est. Jam vero quemadmodum sibi contradicit, qui ait idem simul esse et non esse; sic etiam qui affirmat idem simul esse et non esse hoc modo: ergo principium contradictionis est primum principium, quia ornatum est omnibus conditionibus ad primum principium requisitis.

N. 13. Objectione et responsiones.

Principium contradictionis supponit evidentiam: ergo non est primum veritatum necessariarum principium.

Distinguo antec. Supponit evidentiam tamquam principiorum fontem, concedo antec. tamquam principium nego antec. et cons. Namque ex dictis in Logica part. num. 10 dum asserimus principium contradictionis esse primum principium, innuere volumus esse propositionem, quae sit prima inter evidentes quae per nullam possit demonstrari, quae aliquo saltem modo cognitionibus et demonstrationibus nostris tutandis inserviat: quapropter supponimus jam evidentiam tamquam principiorum fontem. Tunc enim aliquid incipit haberi loco principii quando de ejus evidentia constat. Ignare non prius rem certam ac veram esse distincte cognoscimus quam evidens esse demonstrata fuerit. Stat ergo principium contradictionis esse primum inter evidentia principia, et simul suae veritatis rationem sufficientem habere in evidentia tamquam principiorum fonte: adeoque stat etiam tum quod diximus Logicae num. 210, evidentiam esse universale veritatis chriterium, tum etiam quod innuebamus ibidem Logicae num. 30 principium contradictionis esse verum et tutum certitudinis normam, a qua totum veritatis chriterium pendeat. Evidentiam quidem quia est ipsa ratio vel rationis lumen, principium vero contradictionis quia [illegible] de veritate vel apparentia evidentiae.

Sane nonne saepe contingit, ut pravis affectibus aut praejudiciis praeoccupati incapacissimus ad caracteres verae evidentiae examinandos, et aliquid nobis videatur evidenter verum, dum tamen est falsum? At si idipsum, quod evidenter verum apparet principio contradictionis subjiciatur, opposita veritas detegitur, atque evidentiam apparentem et non veram fuisse cognoscitur. Insuper nonne saepius pertinax adversarius principia negat, quae aliunde constat esse evidentia? Demonstretur ei impossibilitas oppositi per principium contradictionis atque tunc demum, nisi insanus sit velit nolit victas manus det oportet.

Instantia. Principium contradictionis pendet ex hoc axiomate: quod est, est. Sed hoc est principium: ergo principium contradictionis ec.

Nego maj. Etenim etiam illud axioma: quod est est, per principium contradictionis probatur, cum certi nequeamus esse, quod aliquid sit, nisi prius cognoverimus fieri non posse, ut idem simul et non sit. Quare si diceremus in hypothesi, quod verum non esset axioma illud: quod est est, aliquid esse posset simul et non esset; id autem repugnat ergo repugnat axioma illud esse falsum.

Instabis. Ex propositione negante non potest demonstrari propositio affirmans atqui principium contradictionis est propositio negans, axioma illud: quod est est est propositio affirmans. Ergo per principium contradictionis esse non potest demonstrari.

Distinguo maj. Non potest demonstrari directe et ostensive, concedo; indirecte et per reductionem ad absurdum, nego maj. Porro secundo hoc demonstrationis genere utimur ad probandam veritatem propositionis affirmativae per principium contradictionis ec.

Instabis. Illud Cartesianorum principium: quidquid in idea clara et distincta alicujus rei cognosco id de ea re affirmare certissime possum non pendet a principio certitudinis ergo ec.

Nego ant. Damus quidem illud Cartesianorum principium inter axiomata referri posse: at non concedimus illud esse primum et principium contradictionis minime supponere. Sane nisi ponatur veritas principii contradictionis, haec propositio vel neque vera, neque falsa dici poterit, vel eodem jure vera quo falsa. Si vero principium contradictionis ad ejus veritatem supponatur, jam apparet eam ab illo pendere et revera unde eam colligunt Cartesiani eandem ... eam claram et distinctam simul esse non posse ... et ... ex principio contradictionis

N 14. Quid ratio sufficiens et rationatum atque eorum nexus?

Ratio ex qua intelligitur cur aliquid potius sit quam non sit et cur hoc potius, quam alio modo sit ita ut praeterea nihil amplius exigatur ad hoc intelligendum ratio sufficiens dicitur; id vero, cujus est ratio sufficiens rationatum appellari solet ... nihil esse sine ratione sufficiente atque hoc est dictum illud rationis sufficientis principium. Quae vero inseparabilis relatio, quae rationem inter et rationatum intercedit eorum nexus nuncupatur. Posita enim ratione sufficiente poni debet etiam rationatum et e contra. Aliter enim esset ratio sufficiens et supponitur, et simul

non

non esset, quia ea posita, non poneretur rationatum, item si sublata ratione sufficiente, non tolleretur rationatum, esset rationatum, ut supponitur, et simul non esset, quia consisteret sine ratione sufficiente.

Corrollarium.

Si igitur aliquid ponatur esse, semper erit aliquid, quod efficiet cur sit. [illegible] nihil casu aut fortuna contingit, quia nihil esse sine ratione sufficiente unusquisque videt. Imo neque datur saltus in natura: saltus enim haberetur, quando a ratione sufficiente remota [illegible] fieret ad rationatum commissa ratione sufficiente proxima: [illegible] autem fieri omnino non potest, eo quod ratio sufficiens remota respectu rationati non est ratio sufficiens nisi ope rationis sufficientis intermediae.

Scolion.

[illegible] hic attendenda. 1. Cum dicimus nihil esse sine ratione sufficiente [illegible] rationem semper [illegible] omnibus [illegible] potentiam [illegible] semper [illegible]. [illegible] inquirere [illegible] rationem sufficientem [illegible] omnia [illegible] potius est quam non est, et hoc potius quam alio modo est. 2. Hoc effatum nihil est sine ratione sufficiente non est confundendum cum hoc axiomate nihil est sine causa, [illegible] in promptu et [illegible] acceptum. [illegible] res, quae contingenter existunt. At ratio sufficiens latius patet et sese extendit non solum ad ea quae contingenter existunt, sed etiam ad illa quae mente tantum [illegible]. [illegible] etsi [illegible] omne quod habet sui causam, habere etiam rationem sufficientem, tamen non potest affirmari omne quod habet rationem sufficientem habere etiam sui causam. Quamquam [illegible] causa sumatur minus proprie [illegible] promiscue [illegible] invenitur apud [illegible].

R. 12.
Propositio 2.

Hoc effatum nihil est sine ratione sufficiente est evidentissimum et est primum omnium veritatum contingentium principium.

Prob. prima pars. Aliquid esse vel non esse aut hoc potius quam alio modo esse sine ratione sufficiente repugnat: ergo hoc effatum nihil est sine ratione sufficiente evidentissimum est. Antec. probatur. Esset quidem ut supponitur non esset autem [illegible] haberet, a quo ejus existentia vel existendi modus proveniret: ergo aliquid esse vel non esse [illegible] repugnat. [illegible] nemo non videt quod nisi aliquid [illegible] non sit, neque hoc potius quam alio modo sit, eodem jure res, quae ponitur, esset et non esset, quod tamen contradictionem involvit.

Prob. secunda pars. Principium rationis sufficientis habet omnia requisita primum veritatum contingentium principium: ergo revera est primum [illegible] contingentibus. Antec. prob. per partes 1. evidens est prout patet ex prima propositionis parte 2. per aliam veritatem contingentem nullo modo demonstrari potest, [illegible] enim [illegible] causam aliquid est contingenter verum nisi quia aliquid efficit, [illegible] hoc modo sit. 3. omnibus veritatibus contingentibus demonstrandis inservit: illo enim nondum posito, eodem jure aliquid esse verum atque falsum dicetur: ergo min:

principium rationis sufficientis est primum veritatum contingentium principium. Atque hinc fit, ut ad ignoscendum, num enunciatio quæcumque in materia contingente sit vera, determinitimur, si assertionis rationem sufficientem detegamus, et sic quidem illam invenerimus, propositionis veritatem affirmamus quia posita ratione sufficiente etiam rationatum poni debere novimus; ubi vero illam abesse senserimus, ilico pro assertionis falsitate concludimus eo quod nihil esse sine ratione sufficiente intime persuasum habemus.

N. 18.
Objectiones contra primam partem et responsiones.

Plura dantur sine ratione sufficiente. ergo illud effatum nihil est sine ratione sufficiente non est evidenter certum. Antecedens probo. Plura contingunt in mundo casu et fortuna e.g. Venator intervenire volens feram, interdum hominem occidit. lapis e tecto cadens transeuntem in via interficit. In somniis etiam contingunt omnia sine ratione sufficiente: ergo plura dantur sine ratione sufficiente.

Respondeo negando antec. Ad probationem respondeo improprie tantum dici posse casu et fortuna contingere ea quæ afferuntur. Namque ista quæ ita eveniunt non habent propriam causam, quæ per se determinata sit ad hos effectus producendos. habent vero causam, quæ dicitur per accidens. Porro causa sit ac circumstantiæ in quibus posita est, continent suorum effectuum rationem sufficientem, quemadmodum videbimus in progressu. Ad somnia quod attinet, spectantur quoad objecta extra nos posita, quæ repræsentant, verum quidem est eas esse sine ratione sufficiente: ast hoc non efficit nobis, quia cum nihil sint non probant aliquid esse sine ratione sufficiente. Si vero spectantur quatenus sunt operationes mentis nostræ, negamus ea esse sine ratione sufficiente. hæc enim phantasmata ex immaginationis lege deducuntur.

Instantia. Si nihil esset sine ratione sufficiente entia mundana necessario existerent, quod tamen falsum est. Deinde in hac hypotesi admittenda foret rationum sufficientium hæc rationatorum series, quæ tamen libertatem tolleret, et contingentiam.

Respondeo ad primum negando sequelam. Ratio enim sufficiens cur mundana entia existunt continetur in voluntate Dei, cujus beneficio existunt et proinde non existunt necessario. Ad secundum vero quod spectat, admittimus continuam rationem sufficientium et rationatorum seriem in causis, quæ necessariæ dicuntur atque ex hac oritur necessarius ille ordo et armonia, quæ in rebus præsertim corporeis spectatur. Ubi autem sermo fit de causis liberis, hæ suorum effectuum seu rationatorum rationem sufficientem non habent in præcedenti statu, sed in libero arbitrio. unde actionum liberarum series numquam continuatur, prout in Psicologia videbimus. Neque tamen libertas vel contingentia legitur in causis necessariis, ubi hæc continua series datur. Non quidem libertas quia hæc non inest in causis necessariis quæ natura sua illam præcipere non valent. Non contingentia, eo quod rationes sufficientes et rationata in tantum habentur in tota serie in quantum existit prima ratio sufficiens, quam Deus libere posuit et contingenter.

N. 19.
Objectiones contra secundam partem et responsiones.

Non potest dici quod principium rationis sufficientis omnibus veritatibus contingentibus demonstrandis inserviat: ergo non potest dici primum earum principium. Prob. antec. Ut nobis constaret, hoc principium omnibus veritatibus contingentibus demonstrandis inservire opus esset, omnes et singulas res examinare; atqui omnes et singulas examinare non possumus et plurium etiam, quae examinare studemus, ratio nos latet saepissime: ergo principium rationis sufficientis &c. N. 17. Objectio contra secundam partem et responsio.

Respondeo negando antec. Ad probationem distinguo maj. Opus esset omnes et singulas res examinare si ratio sufficiens illis contingenter conveniat, concedo maj. si illis conveniat necessario nego maj. Si enim aliquid alicui contingenter conveniat, velut doctrina respectu hominis, opus est utique omnia examinare ad discernendum, utrum id ipsum certo conveniat omnibus sub eodem genere vel specie contentis, eo quod fieri potest, ut uni vel alteri non conveniat. At non est ita, quando unum necessario convenit alteri, velut anima rationalis respectu hominis: quod enim uni necessario convenit, omnibus sub eodem genere vel specie contentis convenire debet. Non est autem necesse omnes et singulas res examinare ut constet omnibus et singulis rationem sufficientem adesse: nam ex probatione propositionis elucet, quod secus idem simul esset et non esset. Quare si post longum studium quemadmodum in ipsis naturalibus rebus contingit, alicujus rationati ratio sufficiens non adhuc latet, id tribuendum est gravitati intelligentiae nostrae, non vero defectui interno. Cuicumque enim rationato sua ratio sufficiens certo adest, et quidem in se vere cognoscibilis.

Si paulisper ad utriusque principii naturam attendatur, manifesto colligitur summa, quae inter illa intercedit, relatio. Etenim ex principio contradictionis demonstravimus principium rationis sufficientis evidens esse. ergo principium rationis sufficientis tandem deducitur ad principium contradictionis adeoque est primum tantum relate ad veritates contingentes; econtra principium contradictionis est absolute primum, immediate quidem quoad veritates necessarias mediate vero quoad contingentes. N. 18. Ardetur inter principia contradictionis et rationis sufficientis relatio?

Neque dicat quis exhinc consequi etiam veritates contingentes evadere necessarias, quoniam mediate ad principium contradictionis reducuntur. Demonstratio enim, quae immediate petitur ex principio contradictionis tendit in veritates necessarias et est absoluta independenter a quacumque hypothesi: econtra demonstratio quae ex principio rationis sufficientis immediate eruitur quaeque mediate tantum ex principio contradictionis [illegible], respicit rerum existentiam de se contingentem atque restringitur ad casus singulares et ponit hypothesim contingentem quod ratio sufficiens vel rationatum jam existat. Porro necessitas hypothesi [illegible]

ti inniña minima tollit contingentiam.

Caput secundum.

De Ente, ejus essentia et existentia necnon de veritate, ordine, atque perfectione

N. 19 Quid et quotuplex ens?

Per ens in genere intelligitur quidquid est, vel concipi potest. Mundus hic adspectabilis et alter mundus, qui mente concipiatur entia dicuntur. Id vero, quod, cum contradictionem involvat neque existere neque concipi potest non ens vocatur. Porro ens vel reale est, vel rationis vel imaginarium vel fictum. Ens reale dicitur quidquid existit e.g. anima et corpus nostrum. Ens rationis est, quod nequit existere [illegible] existere eo modo quo cogitatur; talis fuit [illegible] et abstracte [illegible] illud [illegible] quod si phantasia exeritur, ut si quis [illegible] esse quosdam veluti [illegible] icearum. Fictum illud, quod etsi repugnantiam includat tamen ex idea, cujus [illegible] non animadvertitur, concipitur quasi existens; hujus modi esset idea Centauri.

N. 20 Quid Essentia?

Essentiam in abstracto consideratam dicimus id per quod res est id quod est. Sic hominis essentia est id per quod homo est homo. Essentia igitur præter qualitates complectitur etiam internam rerum substantiam. Quæ autem substantia cum ignota sit et impenetrabilis efficitur, ut ignotæ et impenetrabiles dicantur etiam rerum essentiæ. Physica vero et realis essentia vocatur collectio omnium proprietatum, quæ rei insunt.

N. 21. [illegible] possibile et impossibile?

Impossibile igitur quidquid cum recta ratione consistere nequit, quia pugnantiam involvit. [illegible] omne id quod cum nullum [illegible] repugnantiam cum recta ratione. [illegible] impossibilitatem metaphysicam, physicam et moralem commemorantur [illegible] parte [illegible]. [illegible] impossibilitate triplex etiam [illegible] possibilitas [illegible] physica vel supernaturalis [illegible] naturalis et moralis. [illegible] possibilium [illegible], ex ipsa impossibilium [illegible] cognoscitur. Consulatur numerus Logicæ [illegible].

Se præter expositam possibilitatis et impossibilitatis [illegible] [illegible] in internam et externam. Sunt itaque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] possibilia [illegible] per relationem [illegible] tamquam [illegible] existere [illegible] possibilia.

Dum de intrinseca rerum possibilitate sermo est, inquirendum venit, num res ideo sint intrinsece possibiles, quia Deus vult illas possibiles esse. Cartesius cum suis intrinsecam rerum possibilitatem [illegible] ita ut nihil habeant [illegible] tamquam possibile nisi [illegible] esse tale et proinde omnia quæ nobis apparent impossibilia [illegible] posse possibilia, si Deus id velit. Cartesiana hæc opinio delirium visa est, fuitque ferme ab omnibus exsufflata [illegible] [illegible].

tis. Fatemur extrinsecam sive relativam rerum possibilitatem ab omnipotenti Dei volunta-
te pendere. Ipsum vero negamus de possibilitate intrinseca, sive absoluta. Sit itaque contra Cartesium

Interna rerum possibilitas a libera et omnipotenti Dei voluntate non pendet. N 22
Prob. Id a divina voluntate non pendet, quod divinae voluntatis objectum esse nequeunt. Compositio.
Atqui interna rerum possibilitas est objectum [illegible] non vero voluntatis. ergo ec. Mi-
nor [illegible] concipere et affirmare certe pertinet ad intellectum, atqui interna rerum pos-
sibilitas est pura conceptio mentis qua exhibetur non repugnantia objecti quod concipitur, prout ap-
paret ex data notione possibilitatis internae: ergo ec. Sane nihil volitum, quin praecognitum ut
vetus fert Adagium.

Deinde in Hypothesi quod aliquid ideo sit possibile, quia id velit Deus idem pariter esse poterit im-
possibile, dummodo id velit Deus; adeoque Deus velle posset et simul nolle rem eamdem modo possi-
bilem esse et modo impossibilem. At quomodo stare potent in Deo absurda haec et manifesta con-
tradictio? Insuper si interna possibilitas a divina voluntate penderet, actum esset de omnibus etiam
evidentissimis cognitionis humanae principiis. Si enim nesciamus quaenam ex his Deus vera esse velit, quae-
nam falsa; si ignoremus tempora et circumstantias in quibus ea vera vel falsa velit esse, semper
haerebit nobis aqua neque unquam poterimus esse tuti quod alicui [illegible] inconcusso fundamen-
to innixa sint cognitiones nostrae.

Deus dici non posset omnipotens, si intrinseca et absoluta rerum possibilitas ab ejus vo- N 23.
luntate non penderet: atqui Deus procul dubio est omnipotens. ergo intrinseca rerum possibilitas Objectiones et
ab ejus voluntate pendet. Maj. prob. Si absoluta rerum possibilitas a divina voluntate non pen- responsiones.
deret, Deus idcirco plura facere non posset quia suae voluntatis efficacia non sufficeret ad illa red-
denda possibilia: ergo ec

Respondeo negando maj. Ad probationem nego antec. Omnipotentia Dei eo spectat, ut faciat
quidquid cum intellectu divino non pugnat; atque idcirco non minuitur si facere nequeat ut
quae sunt, simul non sint. Sane nemo dixerit ad rationem omnipotentiae pertinere ut faciat abso-
lute impossibilia, quae nullomodo ens sunt eo quod ista cum nihil sint, sub omnipotentiam cadere non
possunt. Atque idcirco omnipotentia Dei dicitur esse id per quod facere potest quidquid contradic-
tionem non involvit. Quod si interna rerum possibilitas a divina voluntate penderet omnipoten-
tia definienda esset per circulum vitiosum nempe per id per quod facere potest, quidquid facere po-
test.

Urgebis primo. Si interna rerum possibilitas a divina voluntate non penderet aliquid esset im-
mutabile praeter Deum atqui hoc est absurdum: ergo et illud.

Respondeo negando sequelam majoris. Caeterum possibilitas rerum est tantum in intellectu divino
non existit autem seorsim a Deo. Quare divinus intellectus est omnis possibilitatis fons, ita ut
sublata divina existentia nihil omnino neque intrinsece possibile foret. Res enim in tantum sunt
possibiles in quantum divinus intellectus contradictoria sibi repraesentare non valet; atque adeo
aliquid idcirco est possibile, quia ejus idea in intellectu divino datur, et sic rerum apparet pos-
sibilitatem ab intellectu divino pendere, non autem a voluntate. Quamvis igitur haec possi-

litas immutabilis esse admittatur, tamen nihil conceditur immutabile præter Deum, eo quod cum possibilitas sit in intellectu divino, et ad eum pertineat nihil est extra Deum.

Urgebis secundo. Voluntas divina ab interna rerum possibilitate pendere non potest: ergo opus est, ut rerum possibilitas a divina voluntate pendeat.

Respondeo negando antec. secundum nostrum concipiendi modum. Absoluta enim rerum possibilitas non a voluntate sed ab intellectu divino pendet, eo quod res ideo sunt possibiles, quia earum ideæ et notiones in intellectu divino existunt. Deus vero nequit aliquid velle cujus notionem prius mente non conceperit; atque sub hoc respectu voluntas Dei quodammodo pendet ab ipsius intellectu.

Urgebis tertio. Voluntas Dei rem efficit esse possibilem: ergo omnis rerum possibilitas a divina voluntate pendet.

Respondeo distinguendo antec. Voluntas Dei efficit rem extrinsece possibilem, concedo antec. possibilem efficit etiam intrinsece, nego antec. Distinguo etiam consequentiam. Res tanquam creatura et quatenus est extrinsece possibilis, pendet a divina voluntate, ut obtineat existentiam, concedo consequentiam; res considerata solum in quantum nullam repugnantiam involvit, pendet a voluntate divina, nego consequentiam. Utriusque distinctionis ratio patet ex superius dictis.

Urgebis quarto. Non repugnantia est aliqua perfectio; atqui omnis perfectio, ab omnipotenti Dei voluntate effici debet oportet: ergo ea pendet a divina voluntate.

Respondeo distinguendo majorem. Est perfectio in intellectu divino existens, concedo maj. est perfectio seorsim et extra intellectum divinum, nego maj. Distinguo etiam minorem. Dependeat oportet a voluntate divina ut existat a parte rei, et seorsim a divino intellectu, concedo minorem; ut existat tantum in intellectu divino, nego minorem; et, ubi data distinctione nego consequentiam.

Corrollarium. Ex hinc patet veritas illius scholastici effati, a posse ad esse non valet illatio. Res enim quamvis absolute concipiatur existere posse, non tamen idcirco existere dicenda est, eo quod alia ratione adhuc opus est ut aliquid existat, nempe efficatia causæ, vi cujus ad existentiam producatur. Sic alterius mundi possibilitas animo clare percipitur, neque tamen alter mundus existit. Ex eo igitur, quod aliquid possibile esse intelligatur, non sequitur intelligi quod et cur existat.

N. 24.
Quid et quotu-
plex existentia?

Existentiæ notio simplicissima est, et per se magis perspicua, quam quod verbis describi aut definiri possit. Si vel aliqua extra mentem et possibilitatem posita sit, existentia donata dicitur: ideoque existentia ab actuali essentia realiter non distinguitur. Duplex autem est existentia. Si ens suæ existentiæ rationem habeat in ipsa sua essentia a se existere dicitur. si vero suæ existentiæ rationem debeat actioni et productioni alicujus causæ, dicitur existere ab alio. Item existentia vel realis est vel mentalis. Realis seu propria dicitur de iis quæ in rerum natura revera existunt veluti sensibilia. mentalis seu impropria de iis prædicatur quæ tantum in Dei vel hominum mente existunt. atque hoc modo dici vel nunc mundum ab æterno in mente Dei extitisse.

Corrollarium. Ex dictis colligitur verum esse scholasticorum principium ab esse ad posse valet consequentia. Namque unicuique patet existentiam esse plus quam possibilitatem, et nihil existere posse quin prius fuerit possibile quamvis plurima sint possibilia, quæ tamen existant.

Scolium. Præter enumeratos existendi modos percipimus plura existere, quæ ad nullum ex allatis existendi modis referuntur et proprium existendi modum quem exprimere non valemus. Novimus nempe extra purum mentis conceptum dari privationes et negationes rerum perfectionum, qualitatum etc. tales sunt e. g. tenebræ cæcitas, ignorantia, unde dicitur homo

cęcus

cæcus, carcer tenebrosus, scriptor ignorans. Aliunde vite distinguimus inter existentiam tenebrarum, cæcitatis et ignorantiæ, atque inter existentiam hominis, carceris, scriptoris: etenim ista, non autem illa a Deo tamquam causa effectrice producuntur. Quare tenebræ actuales non sunt confundendæ cum mere possibilibus, neque actualium tenebrarum existentia conjuncta est cum existentia carceris. Ad id aliquo modo explicandum dicemus illa *positive* existere quæ substantiis aut modis conveniunt, et suo subjecto aliquam perfectionem conferunt; *negative* vero existere dicemus ea, quæ negationem, vel defectum, vel privationem aliquam includunt.

Veritas, de qua hic inquiritur, illa est, per quam initio primæ partis Logicæ diximus N. 25 Quid veritas?
rem quamlibet essentia sua gaudere et methaphisicam nuncupari. Sita est itaque in convenientia entis cum illis omnibus, quæ ens ipsum constituunt.

Quidquid igitur existit, methaphisice verum est, eo quod cum omne ens, id quod est, Corollarium.
necessario convenire debet cum iis, ex quibus constituitur. Atque ex hoc constat, veritatem methaphisicam toto cœlo distare tum a logica, tum a morali veritate.

Ordo est plurium entium dispositio eo modo facta ut ad invicem respondeant, et facile N. 26.
percipi possint. Defectus autem hujus dispositionis, qua entia inter se collocantur, vel sibi Quid ordo et confusio?
invicem succedunt, confusio nuncupatur. Ratio vero sufficiens, ob quam vel ita disponuntur et ordinantur, regula ordinis nominatur. In exemplo. Coacervatio plurium monetarum variæ magnitudinis, valoris, et metalli temere commixtarum confusionem parit. Quod si disponantur juxta diversitatem metalli, valoris et magnitudinis, illico ordo relucebit; illud autem, in quo sibi consentient ordinis regula appellabitur.

Quo plures igitur erunt regulæ ordinis, eo æstimabilior erit ordo. Si e.g. in uno eodem: Corollarium 1.
que scrinio repositæ sint monetæ diversæ quidem magnitudinis, formæ, et valoris, sed ejusdem metalli habebitur unica regula ordinis. At si ex iisdem monetis secernantur illæ quæ sunt ejusdem magnitudinis, deinde illæ, quæ sunt ejusdem valoris &c., et deinde in distincto sunt loco reponantur, plures erunt ordinis regulæ, nempe metallum, magnitudo, valor &c. In primo casu regula ordinis dicitur simplex, in secundo composita.

Admirabilis illa entium continuatio, dispositio, series connexio, quæ in hac rerum Corollarium 2.
universitate cernitur, aliquam profecto habet sufficientem sui rationem, adeoque etiam regulam ordinis et ordinem, quem universalem seu methaphisicum appellare placet.

Consensus et armonia inter medium et finem [illegible] situm perfectio nominatur. N. 27
[illegible] autem consensionis et armoniæ defectus imperfectio dicitur. Si nempe omnia quæ ne: Quid et quotuplex
cessaria sunt, ad eundem finem contendant, ibi consensus adesse dicitur, si vero aliqua ad finem perfectio?
obtinendum conspirent, alia ejusdem consecutioni impedient habetur dissensus. Perfectio [illegible]

est

est hujus loci, dividitur in essentialem, et accidentalem. Essentialis perfectio vocatur consensus eorum, quæ essentiam constituunt, et ex eo necessario profluunt; atque hæc est absolute necessaria ad consecutionem finis, ad quem ordinatum est ens. Accidentalis dicitur consensio aliquarum qualitatum vel modorum, qui salva rei essentia abesse possunt. Sic essentiali perfectione dicitur gaudere horologium, si omnia, quæ ad ejus naturam spectant, ita complectatur, ut cuncta et sibi et fini, nempe horarum designationi ad unguem respondeant. Potest insuper idem Horologium accidentali perfectione gaudere, si præter essentialia ad ipsum spectantia, nobiliori materia, elegantiori et accuratiori magisterio, consistentia et elaboratum sit.

N. 28. Quid perfectum in genere suo?

Ens duplici modo dici potest in genere suo perfectum 1. In genere suo perfectum dicitur id, quod aptum est ad usus et fines ad quos destinatum fuit a Deo. Atque in hoc sensu omnia, quæ sunt in rerum natura, perfecta sint oportet; aliter enim Deus non esset perfectus rerum opifex. 2. In genere suo perfectum dicitur omne id, quod illis perfectionibus et virtutibus, quæ ipsi conveniunt spectata communi naturæ virtu. In hoc vero sensu plurima esse in genere suo imperfecta unusquisque facile videt.

Caput tertium.

De attributis modis, nexu, statu, et relatione entium, nec non de variis relationum speciebus.

N. 29. Quid determinatum et determinantia?

Determinatum dicitur ens, quod hoc et non alio modo est, licet varie esse potuerit. Illa vero dicuntur determinantia, quæ enti competunt et efficiunt ut ita et non aliter existat.

N. 30. Quid et quotuplex nota entis?

Entis notæ seu caracteres vocantur illa, per quæ ens dignoscitur et ab aliis discernitur. Sunt autem vel variabiles vel constantes. Variabiles dicuntur illæ notæ quæ non omnibus ejusdem speciei entibus conveniunt, quæque salva essentia modo insunt, modo non insunt eidem enti talis est figura quadrata in cera. Constantes illæ vocantur quæ semper, necessario et omnibus ejusdem speciei entibus competunt, ut divisibilitas in corpore naturali.

N. 31. Quid essentiale et attributum?

Notæ constantes vel essentiales sunt vel attributa. Essentiales vocantur illæ quæ primæ sunt et ceterarum quasi fontes, quia simul sumptæ, rei essentiam constituunt. Sic intellectus et facultas sentiendi sunt essentialia hominis. Attributa dicuntur illæ notæ, quæ in essentialibus suam habent rationem sufficientem, atque ex his consecuuntur: sic phantasia et facultas gaudendi sunt homini attributa.

N. 32. Quotuplex attributum?

Attributum est vel proprium vel commune. Proprium dicitur, quod uni tantum speciei competit, quia fundatur in integra essentia: commune vero, quod pluribus specie-

bus tribuitur, eo quod vel in uno, vel in aliquibus tantum essentialibus rationem sufficientem habet. Facultas e.g. admirandi est attributum homini proprium, quia rationem sufficientem habet in facultate distincte cognoscendi, et distincte cognita appetendi, quae totam hominis essentiam constituit. E contra facultas imaginandi est attributum commune, quod homini simul et brutis convenit, quia habet rationem sufficientem in sola facultate confuse cognoscendi, qua et bruta gaudent.

N. 33.
Quid et quotuplex modus?

Notae sive affectiones variabiles, quae enti interne insunt et nullius praeterea rei contemplationem postulant, modi nuncupantur. E.g. albedo in pariete modus est. Si modorum ratio sufficiens externa sit, modi dicuntur proprii; si vero sit interna, modi dicuntur analogici. Doctrina in homine est modus proprius, actus liber humanae voluntatis est modus analogicus.

Corollarium 1.

Possibilitas itaque, sive capacitas modorum in entis essentia fundatur, estque ejus attributum: non aliunde enim, quam ex essentia intelligitur, quinam modi enti inesse possint.

Corollarium 2.

Modi neque ex essentia, neque ex attributis promanant, adeoque aliunde saltem remote derivent oportet. Non promanant quidem ex essentia, prout patet ex eorum notione: sed neque ex attributis quia cum haec necessario ex essentia descendant necessarii evaderent ipsi modi.

Scolion.

Modi, quos analogicos diximus, conveniunt tantum entibus libera voluntate praeditis. Cum hi ex intima natura profluant, proprie modi dici non possunt, sed analogice tantum in eo sensu, quod cum non necessario, sed libere oriantur, modorum propriorum emulantur naturam.

N. 34.
Quid et quotuplex relatio?

Notae sive determinationes entis mutabiles, quae plurium rerum notionem postulant, ut intelligantur, relationes dicuntur: sic similitudo, quam unus paries habet cum alio, relatio est. Relationes itaque, ut facile perspicitur, aliud non sunt, quam respectus quidam, connexio, et ordo, qui ab intellectu inter duo comprehenditur, adeoque extra mentem non sunt tamquam entia rebus inter se collatis inexistentia, sed totum esse suum intellectui debent. Relationes autem vel reales sunt vel fictae. Reales sive intrinsecae et necessariae dicuntur relationes illae, quae ex rei natura dimanant, et quando rei conceptio aut existentia nequit haberi sine ordine ad aliquem terminum; talis est relatio filii ad patrem. Fictae sive extrinsecae et contingentes illae vocantur, quarum mutua connexio se habet per accidens, atque ex hominum arbitrio; hujusmodi est relatio hederae appensae ad tabernam.

N. 35.
Quid et quotuplex entium nexus.

Entium nexum vocamus illam vel illas determinationes, quae ita competunt enti, ut illam sine altero a quo dependet, habere non possit; sic inter Creatorem et creaturam datur nexus et illa ab isto pendet. Atque hic nexus erit internus, si determinatio sit interna, externus vero, si externa sit determinatio.

N. 36. Quid et quotuplex entis status?

Collectionem omnium determinationum, quæ enti quomodocumque conveniunt, statum entis appellamus. Estque duplex nempe internus, quem exhibent modi, et externus, ad quem pertinent relationes.

N. 37. Quid et quotuplex entis unitas?

Illa entis affectio, per quam ens in se indivisum et indistinctum est, et dividitur ac distinguitur a quocumque alio, entis unitas dicitur. Multifariam vero partitur unitas; et primo quidem in unitatem genericam, specificam et numericam. Unitas generica habetur in iis quæ sunt unum genere, ut bos et homo: specifica in iis, quæ sunt unum specie, ut omnia humana individua: numerica in iis, quæ singulare individuum constituunt. nempe attributa, proprietates, differentiæ individuales, quæ Socratem e.g. constituunt, sunt unum unitate numerica. Unitas generica non excludit species, specifica non excludit individua, adeoque non sunt unitates perfectæ. Itaque sola numerica est perfecta, quæ subdividitur in unitatem simplicitatis, et compositionis. Unitate simplicitatis gaudere dicitur id, quod in se ita indivisum est ut ne possit quidem in partes dividi, velut Deus; unitate compositionis id, quod licet in se sit indivisum, potest tamen distrahi in partes, ut corpus humanum. Unum unitate compositionis vel tale est per se vel per accidens. Unum per se dicitur quidquid natura sua ordinatum est ad eam partium compositionem, velut arbor. unum per accidens quidquid partibus constat, ad quas natura sua ordinatum non est: talis est temere projectus monetarum cumulus.

N. 38. Quid et quotuplex identitas?

Per identitatem, quæ est notio abstracta, intelligitur id, per quod res eadem est licet fortasse non sit idem locus et tempus. Eadem itaque dicuntur, quæ mutuo sibi substitui possunt quin aliqua extrinsece oriatur mutatio, propterea quod nihil in ipsis mutatum est, quamvis mutatus fuerit locus et tempus.

Dividitur primo identitas in realem et formalem. Identitas realis his inesse dicitur quæ diversimode quidem concipi possunt, in se tamen sunt unum et idem, ut facultas distincte cognoscendi, et facultas ratiocinandi in homine: formalis vero in iis, quorum unum ita est alterum, ut ne diverso conceptu quidem excogitari valeant, ut homo et animal rationale.

Secundo identitas dicitur adequata si unum omnia omnino complectatur ea quæ sunt in alio. si vero unum aliquid contineat, quod alteri non insit, ejus identitas inadequata dicitur. Homo et animal ratione præditum sunt adequate eadem; at homo et ejus anima sunt eadem tantum inadequate.

Tertio identitas eorum, quæ sunt eadem naturæ ita ut nulla in re distinguantur dicitur pura. illorum vero identitas, quæ etsi sint ejusdem naturæ, tamen saltem in aliquo alio distinguuntur, appellatur mixta. Identitas pura habetur in rebus creatis, mixta in adorando Trinitatis mysterio.

Quarto metaphisice eadem dicuntur illa quorum neque essentia neque modus varietas est: eadem phisice illa quorum eadem sunt essentialia, etsi in modis facta fuerit mutatio. Homo e.g. qui consenuit est phisice idem ac juveni, sed non metaphisice. Moraliter eadem cognominantur illa, quæ perseverant in eodem statu convenientiæ vel discrepantiæ cum lege. Hoc modo constanter malus est moraliter idem malus. Ex quo apparet iden:

ti

titatem conscientiæ, verum quæ cum identitate morali.

Sumta identitas atque sumpta dividitur in genericam, specificam et numericam. Ea quæ mutuo substitui possunt quoad determinationes genericas identitate generica, ea quæ conveniunt in determinationibus specificis identitate specifica, ea demum, quæ subrogari valent quoad omnes determinationes [illegible] et [illegible] identitate numerica donata dicuntur. Equus et homo sunt [illegible] Parmenides et [illegible] sunt idem specie. Publius Ovidius et Naso est idem numero.

Entium determinationes et notæ internæ simpliciter et sine [illegible] intelligibiles vocantur qualitates, e. g. doctrina in homine, quadratura in [illegible] qualitates sunt. Unde essentialia, attributa, modi cum sint determinationes internæ quæ simpliciter et sine [illegible] intelligi possunt, qualitates sunt. Quæ vero internæ entis affectiones quæ etsi [illegible] nequeunt tamen intelligi sine alio assumpto, quantitatis nomine veniunt: talis est ex. g. magnitudo [illegible] globi. N. 39 Quid qualitas et quantitas?

Scolion.

Quantitas quæ terminis seu limitibus circumscribitur finita vocatur vel limitata, quæ vero terminis seu limitibus caret infinita nominatur. Quantitas finita vocatur et est mensurabilis, eo quod sumpta mensura intelligi potest quoties in ea contineatur. Infinita vero dicitur [illegible] immensa et immensurabilis, quia id quod non habet initium, neque [illegible] neque [illegible] terminis [illegible].

[illegible] quantitatibus quædam magnitudo [illegible] apparet [illegible] qualitatem [illegible] quantitatum quantitas nominatur gradus intensionis, ut ab extensionis [illegible] discernatur. Sic si e. g. in corporibus in quibus calor [illegible] calor augeri cernatur caloris gradus intendi dicitur. Jam vero ille gradus quo major in ea qualitate nullus excogitari potest, nominatur supremus seu ultimus. N. 40 Quid gradus?

[illegible] quæ [illegible] perfectionum veniunt per gradus concurrunt metaphysici [illegible] appellantur [illegible] substantia, corpus [illegible] animalitas et rationalitas, ex quibus attributis [illegible] hominis essentia et [illegible] nominatur homo. N. 41. Quid gradus metaphysici?

Identitas quantitatis æqualitas, quantitatis diversitas inæqualitas dicitur. [illegible] inter duo minimum excessus est vel [illegible] quantitatis [illegible] inæqualitas. N. 42 Quid æqualitas et inæqualitas?

Identitas qualitatum similitudo, qualitatum diversitas dissimilitudo nominatur [illegible] in quibus eadem sunt per quæ ab invicem discerni [illegible] in quibus idem sunt diversa per quæ ab invicem [illegible] similitudo [illegible] dissimilitudo erit interna si qualitatum identitas vel diversitas fuerit interna. [illegible] vero [illegible] externa [illegible] diversitas. [illegible] interna similitudo vel dissimilitudo vocatur interna [illegible] attributis. [illegible] vero [illegible] in [illegible] tantum interna [illegible]. N. 43 Quid et quotuplex similitudo et dissimilitudo?

N. 44. Quid principium indiscernibilium

Assertio ista, qua dicitur non potest ut duo individua solo numero differentia in hoc mundo existant, nuncupatur principium indiscernibilium. Quaestio igitur instituitur utrum actu existere possint duo entia perfecte similia, in quorum uno nulla sit individualis determinatio per quam non sit alterum, sed quae solo numero sint diversa, inter quae nempe praeter externam fortasse loci aut temporis relationem nullum aliud assignari possit discrimen, quam quod numerum faciant, atque adeo unum non sint, sed plura.

Scolion.

Acerrima pugna hac super re inita fuit inter magni nominis Philosophos. Duorum entium perfecte similium et solo numero diversorum possibilitatem existentiae negarunt olim Stoici plures, ut admonet Tullius Academicarum quaestionum libro 4. Eamdem emortuam sententiam denuo suscitavit Gotifredus Leibnitius, cujus placiti defensores celeberrimi ejus sectatores Wolfius, Antius, Baumeisterus, Boemius, Winclerus et alii. Ex adverso stant plerique et non minoris famae Philosophi, inter quos Nevtonus, Clarkius, Boschovichius, Maco, Storchenau et alii plurimi.

Antequam tamen aliquid in proposito statuatur, res est dilucidius exponenda. Tria quaeri possunt. 1. Num duo entia perfecte similia et solo numero diversa in se spectata sint absolute possibilia? 2. An in rerum natura existere revera possint? 3. Utrum reipsa existant? Primum Leibnitius quidem ipse negavit, cujus haec sunt verba: ... Cum nego dari duas aquae guttas undequaque similes, vel alia duo corpora indiscernibilia, non dico esse absolute impossibilia quod sint. Tertium hic et nunc non inquirimus, quia praesentis instituti non est. Secundum negat Leibnitius, et infectatur divina Sapientia, idque opinatur legitima consecutione derivare ex ipso rationis sufficientis principio: atque sic demum concludit ea reapse non existere. Quaestio versatur circa entia finita tantum; ens enim quod est vere et proprie infinitum, qualis est Deus, alium sibi similem ex natura sua omnino excludit, prout alibi videbimus. Jam sit contra Leibnitium et ejus asseclas.

N. 45. Propositio.

Duo entia perfecte similia et solo numero diversa existere reapse possunt in rerum natura.

Prob. Duo entia perfecte similia et solo numero diversa in se spectata sunt absolute possibilia, prout fatetur ipse Leibnitius: ergo ea in rerum natura actu existere possunt. Consequentia prob. Quidquid est absolute possibile actualem existentiam a Deo obtinere potest: atqui etc. ergo etc. Major patet ex eo quod nihil intrinsece possibile potest impossibile esse extrinsece. Sane si enim aliquod finitum existat, cur existere non poterit etiam aliud omnino simile primo? Si constitutae in una charta non repugnant inter se et simul conjungi possunt; quomodo et quare repugnabunt eaedem constructae in altera charta ita ut nequeant sic conjungi ut evadat huic omnino similis? Quaenam est ratio sufficiens ob quam prima non repugnet, bene vero secunda? Si unius procreatio divinis perfectionibus non opponitur, unde fiet ut iisdem opponatur procreatio alterius?

N. 46. Objectiones et responsiones

Plura esse et non plura, aperte contradictionem involvit: atqui si darentur plura entia perfecte similia, essent simul et non essent plura: ergo etc. Minor prob. Essent quidem ut supponitur, non essent autem quia inter se nullo modo differrent, ergo etc.

Respondeo negando min. Ad probationem distinguo secundam partem: Non differrent inter se neque genere, neque specie, concedo; neque numero differrent, nego min. et sic nego consequentiam. Essent nempe plura spectata numerica eorum differentia.

Instabis: Si differrent numero discreparent ab invicem saltem quoad locum externum; atqui hoc ipso dici non possent perfecte similia, ergo etc.

Respondeo

Respondeo negando minorem et conseq. Argumentatio ista quam insolubilem non minus quam gordianum nodum putavere Cantius et Baumeisterus, vel ex ipsius nostræ propositionis terminis extrahitur et ab ipso Leibnitio expeditur, qui sic ait: Fateor quod si duæ res perfecte indiscernibiles existerent, ipsæ essent duæ. Verum hypotesis est falsa, magnoque principio rationis sufficientis contraria. Cantii itaque argumentum Elenchi ignoratione laborat. Quæstio enim est, an duo vel plura quæ solo numero discernantur, sint possibilia? Nemo vero inquirit utrum existere possint plura quæ nullo omnino modo neque intrinsece neque extrinsice ab invicem discerni queant: hæc enim repugnare ultro fatemur.

Opponit Leibnitius. Nihil est sine ratione sufficiente, atqui si existere possent duo entia perfecte similia et solo numero diversa, existerent sine ratione sufficiente: ergo etc. Minor prob. Nulla esset ratio sufficiens ob quam unum in uno loco potius collocaretur quam in alio: ergo etc. Sed si sic, duo entia perfecte similia et si in se spectata absolute possibilia sint, tamen reapsa non possunt existere, quia eorum existentia opponatur sapientiæ divinæ: ergo etc.

Respondeo negando min. Ad probationem nego maj. Ratio enim sufficiens in collocante quærenda est et reponitur in causæ liberæ determinatione. Atque ex hoc apparet etiam falsitas subsumptæ minoris. Non enim opponitur divinæ sapientiæ id quod in divinæ voluntatis libera determinatione rationem sufficientem habet. Ceterum si nihil valet hoc Leibnitii argumentum, arguere licebit sic etiam contra ipsum. In se sunt possibilia plura individua perfecte similia: ergo quando ex his unum procreat Deus, unum eligit præ aliis: at hujus electionis quænam est ratio sufficiens?

Illa determinatio seu nota per quam unum ens in alterius locum substitui non potest diversitas nuncupari solet. Quare diversa illa esse dicuntur quorum unum ita differt ab alio ut ejus vices gerere nequeat. Partiuntur diversa in disparata et opposita. Disparata denominantur quorum uno posito alterum non negatur, et quæ in eodem subiecto simul possunt consistere velut amor et tristitia. Opposita dicuntur illa quorum unum si ponatur in subjecto, alterum tolli necesse est. Rursus opposita subdividuntur in contradictoria et in contraria. Contradictoria appellantur illa quorum uno posito alterum negatur, et vicissim uno sublato alterum ponitur, ut lux et tenebræ. Ex quo apparet alterum contradictoriorum subjecto inesse debere, utrumque autem in eodem subjecto esse nullatenus posse. Contraria nuncupantur illa quorum uno posito alterum necessario tollitur, et non viceversa uno sublato alterum necessario ponitur, ut amor et odium. Atque hinc consequitur, utrumque contrarium quandoque posse abesse; utrumque vero in eodem subjecto stare non posse si in idem objectum tendant. N. 47. Quid et quotuplex diversitas?

Illa entis proprietas seu affectio, vi cujus unum non est aliud distinctio appellatur. Sic quia Titius non est Sempronius unus ab altero distinctus esse dicitur. N. 48. Quid distinctio?

Distinctio itaque neque cum diversitate neque cum dissimilitudine, neque cum separatione confundenda est. Plura enim distinguuntur, quæ neque diversa neque dissimilia sunt, ut duo parietes per albedinem similes; neque separata ut corpus et anima in homine. Latius nempe patet distinctio quam separatio diversitas et dissimilitudo, eo quod distinctio etiam similibus con- Corrolarium

ve,

venire potest et inseparatis et conjunctis. Quare entia separata, diversa, et dissimilia sunt etiam distincta, sed non vicissim.

N. 49. Duplex distinctio?

Duplex est distinctio realis et rationis. Realis est illa, quae seclusa quacumque intellectus nostri operatione inest rebus ipsis. Distinctio rationis illa dicitur quae fit per mentem et rationem. Distinctio realis subdividitur in majorem et minorem. Realis major illa est, quae intercedit inter ea, quorum unum esse potest sine alio. Talis est distinctio inter unum et alterum hominem. Realis minor illa vocatur quae invenitur inter substantiam, et ejus modum, vel inter parietem et ejus albedinem. Utraque igitur tum realis major, tum realis minor distinctio postulant, ut res vel sint actu separatae, vel saltem separabiles. Neque obest realis divinarum personarum distinctio: etenim quamquam neque sint ad invicem separatae neque separabiles, tamen hic modum separabilium se habent, ut loquuntur Theologi de quo [illegible] rem hanc totam remittimus. Distinctio quoque rationis partitur in distinctionem rationis ratiocinatae cum fundamento in re, seu virtualem, ut volunt Thomistae, et in distinctionem rationis ratiocinantis sine ullo fundamento. Distinctio virtutis liquefactivae, indurativae, calefactivae in sole est virtualis seu rationis ratiocinatae cum fundamento in re. Distinctio inter vestem et indumentum est rationis ratiocinantis. Postrema haec distinctio cum ad libitum mentis nostrae efformetur nulla est, quoniam nominis mutatio rerum mutationem minime inducit.

N. 50. Signa distinctionis a parte rei.

Quatuor praecipue afferri solent signa distinctionis a parte rei. Primo illa a parte rei distincta sint oportet de quibus prout in se sunt accepta vere praedicantur contradictoria. Si enim haec a parte rei non distinguerentur, profecto essent unum et idem; adeoque de una et eadem re praedicari possent contradictoria, quod omnino repugnat. Secundo illa sunt a parte rei distincta quorum definitiones essentiales inter se diversae sunt. Definitio enim est oratio distinctam et determinatam rei rationem et naturam exprimens: adeoque, si adaequata sit, exprimat oportet ipsam rerum essentiam saltem secundum quam explicare debet aliquam proprietatem, qua res definita ab aliis distinguatur. Diversae itaque definitiones diversam rerum naturam exhibent: quae vero sunt diversae a parte rei, debent a parte rei esse etiam distincta. Tertio illa sunt distincta quae ab invicem possunt separari. Idem enim a seipso sejungi non potest; ergo quidquid ab alio potest separari certo non est illud aliud: igitur a parte rei ab alio distinguitur, velut caput et pes, homo et [illegible]. Quarto illa sunt a parte rei distincta inter quae est relatio producentis et producti. Nihil enim seipsum potest producere; adeoque productum debet a parte rei esse distinctum a producente. Atque ex hoc capite evincunt Theologi tres Personas in Divinis esse inter se realiter distinctas.

N. 51. Quid formalis distinctio?

Praeter expositam distinctionum divisionem aliam quoque tenendam esse contendunt unanimes Scoti discipuli, quam appellant formalem a parte rei seu ex natura rei illamque applicant distinctione quae intercedit inter unum eundemque rei attributa essentialia seu gradus methaphysicos, [illegible] quacumque intellectus nostri operatione: Talem esse distinctionem quae [illegible] animalitatem et rationalitatem uniuscujusque hominis.

N. [illegible] [illegible]

[illegible] et [illegible] triplex est [illegible] Physica, Methaphysica et Logica. Physica [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sunt aliqua substantia, vel etiam aliquo modo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] substantia [illegible] [illegible] separabile est. Methaphysica est unio

[illegible]

phicam quasi partium quae etsi reales sint tamen sunt inseparabiles velut quae sunt ex essentialibus ut in re ex attributis et gradibus metaphisicis. Logica est unio veluti partium mente a ratione facta quae tamen in re non sunt revera partes. Sic ex genere et differentia fieri dicitur quae compositio est merum mentis nostrae figmentum, neque purum ens rationis quoniam genus species et differentia reipse distincte non existunt. Ex triplici hac compositione triplex oritur distinctio Methaphisica, Phisica et Logica. Distinctio phisica est realis, non minor quam major; methaphisica est formalis a parte seu ex natura rei quam Scotistae defendunt. Logica est distinctio rationis. Hinc inquiunt, distinctio realis minor non est tanta quanta est distinctio realis major; nam ea quae singula seorsum possunt existere minorem habent inter se nexum adeoque majorem distinctionem. E contra cum realitates minores cum substantia sine substantia esse nequeat, necesse est ut major sit modi nexus cum substantia, adeoque minor distinctio. Insuper distinctio realis minor est major formali, eo quod cum formalis distinctio sit inter essentialia unius ejusdemque rei attributa, nec non nequeunt ab invicem separari quin res essentialiter mutetur. Demum distinctio formalis est major distinctione rationis eo quod formalis reperitur inter reapse plura licet inseparabilia. Distinctio vero rationis plura quidem supponit, sed ab intellectu conficta et non realia.

Praecipuae, quas haec distinctio patitur objectiones sunt sequentes. Opponunt primo eam astrui in Deo compositionem, quae ejus simplicitati repugnat, et proinde assimilari detestandae distinctioni reali Gilberti Porretani. 2 Formalem hanc distinctionem ec

Secundo formalem hanc distinctionem esse plane inutilem quia virtualis seu rationis cum fundamento in re praestat quidquid formalis ista praestare potest. 3. Eam esse commentitiam eo quod quaevis distinctio vel fit per mentem vel nemine cogitante: si primum est distinctio rationis, si secundum est distinctio realis; adeoque nullus superest locus formali distinctioni.

Verum respondent Scotistae. Et ad primum quod attinet, ajunt se Gilberti Porretani compositionem non admittere quae stricte realis erat et a Deo simplicissimo prorsus eliminanda, sed methaphisicam tantum quae realem distinctionem stricte talem omnino excludit. Quod objicitur secundo, negant Scotistae. Namque inquiunt per distinctionem virtualem seu rationis ratiocinatae res concipitur quidem ut multiplex sed multiplicitas haec est purum menti figmentum cum res illa in se una sit et indistincta. E contra formalis distinctio exigit plura licet inseparabilia. Deinde distinctio virtualis seu rationis ratiocinatae respondet quidem pluribus distinctis rebus, sed solum per relationem virtutis ad multiplices ejusdem effectus. At formalis esse dicitur inter illa unius ejusdemque rei attributa quorum unum non est aliud ipso, et nemine cogitante. Hinc adversariorum est probare essentialia haec attributa non esse plura ejusque multiplicitatem per solas extrinsecas relationes habere. Tertium itidem, quod opponebatur, negant Scotistae contendentes se probasse non omnem distinctionem quae fit nemine cogitante esse realem majorem vel minorem, sed etiam formalem apponendam esse, ubi agitur de methaphisicis gradibus; atque adeo concludunt, etiam formalem distinctionem in suo sensu realem dici posse.

Quod si quis reponat, ens quodlibet vel substantiam esse vel accidens, adeoque unicuique enti distinctionem nonnisi stricte realem convenire posse: reponunt Scotistae distinguendo inter accidens phisicum et logicum. Accidens logicum illud vocant, quod salva essentia entis cujus est accidens potest separari, quia enti non convenit necessario: atque huic distinctionem stricte realem adscribendam esse volunt. Phisicum vocant illud accidens, quod necessario inest subjecto, et ad ejus essentiam pertinet, estque ab eo ita inseparabile, ut sublato illo illico immutari necesse sit entis essentiam atque idcirco tale accidens appellant attributum essentiale. Hinc fit juxta ipsos ut accidens phisicum diversimode distingui debeat a distinctione logici accidentis, sive modi accidentalis. Quae his

Sin

tinctio cum, itaque realis esse nequeat, superest, ut sit formalis Scotistica, quam ad loquendi proprietatem servandam a magistro nostro Scoto fuisse inventam, et a se tueri asserunt Scotistę.

N. 58. Resolvere partis motiva.

Attamen contrariam sententiam tuentur plerique Philosophi, qui ex Scoti sodalitio non sunt, asserentes præter realem et mentalem distinctionem nullam esse admittendam adeo ut neque gradus methaphisici unius simplicis essentię formalem ullam a parte rei distinctionem patiantur, sed virtualem tantum seu rationis cum fundamento. Atque in hoc cum ceteris conveniunt etiam Tomistę. Quamquam enim asserant a parte rei esse fundamentum intrinsecum distinguendi varia rei simplicis attributa; tamen non concedunt actualem hanc attributorum distinctionem sed citra operationem mentis. Omnes igitur isti distinguunt naturas in simplices et compositas. Simplices illas nominant, quę partibus carent inter se realiter distinctis, veluti anima; compositas illas quę partibus constant realiter distinctis inter se, ut homo constans anima et corpore. Ex hinc ajunt, gradus methaphisici realiter distinguuntur in compositis, quę constant partibus distinctis. Sic perfectiones corporis non sunt realiter perfectiones mentis: sed si agatur de gradibus methaphisicis unius simplicis essentię aliam inter eos distinctionem dari nolunt, quam virtualem seu rationis cum fundamento. Suam autem fulciunt sententiam tum iis rationibus quibus superius formalem Scotistarum distinctionem oppugnari dictum est, tum etiam sequenti argumento quod ex præposita doctrina eruunt. Quidquid diversa notione percipitur aliquo modo distinguatur oportet atqui unius ejusdemque simplicis essentię gradus methaphisici diversis notionibus percipiuntur; ergo etc.: atqui non distinguuntur realiter: ergo per mentem distinguantur necesse est. Non quidem realiter; quidquid enim constat ex pluribus inter se realiter distinctis non est simplex, sed compositum, quod est contra hypothesim. Jam vero distinctio per mentem facta fundamento carere non potest; aliter vera distinctio non esset, sed tantum rationis ratiocinantis quam nullam esse superius meminimus: distinguuntur itaque virtualiter seu ratione ratiocinata cum fundamento in re.

Ad duo potissimum revocantur, quę contra hanc sententiam proponuntur. Primum est gradus methaphisicos etiam unius et ejusdem simplicis essentię omnino diversos atque a parte rei distinctos esse oportere, quia diversis ideis repræsentantur, diversas definitiones habent, et sunt diversarum operationum principia. Secundum est, fundamentum distinguendi inter gradus methaphisicos unius ejusdemque simplicis essentię neque extrinsecum esse neque intrinsecum, adeoque nullum.

Ast hujus sententię patroni parati sunt ad faciendum satis hisce objectamentis. Et quidem negant id, quod primo opponitur propugnantes, methaphisicos gradus simplicis essentię virtualiter tantum seu cum fundamento in re distinguit. Namque, inquiunt, ex diversitate respectus sub quo res consideratur diversę oriuntur ideę et ex effectuum diversitate diversę dantur definitiones. Justitia divina juxta justitię ideam punit, non parcit; et misericordia parcit, non punit. Res equidem debent esse tales, quales adęquate et in concreto percipiuntur, non autem quales concipiuntur inadequate et in abstracto. Ceterum rerum distinctio realis vel ex revelatione vel ex ratione vel ex experientia discitur. Sic revelatione novimus, tres personas in divinis esse realiter distinctas; ratione vel experientia, quando duo separabilia esse videmus aut ita opposita, ut unius idea ideam alterius positive excludat. Quare dum intellectus per abstractionem ea distinguit, quę realiter non sunt distincta non fallitur, eo quod non inducit compositionem essentię simplici repugnantem. Sic dum Dei misericordia sine justitia contemplatur non profertur judicium, quod misericordia sit in Deo realiter distincta a justitia, sed res simplex

plex modo sub punientis modo sub miserentis respectu consideratur. Neque quis dicat ex hac doctrina sequi misericordiam Dei esse justitiam. Quamvis enim id verum esset in sensu reali, qui rem respicit prout extra mentem existit; falsum tamen est in sensu methaphisico, qui rem respicit, prout in mente repraesentatur per abstractionis ideam. Hinc etsi Dei attributa in sensu reali et identico sint unum et idem, tamen in Deo ipso fundamentum est haec attributa per mentem distinguendi, quoniam idea abstracta misericordiae non est justitia. Neque diversitas repraesentationum in mente est distinctionis indicium, quemadmodum distinctionis indicium est diversitas visionis in oculo, quoniam oculus rem exhibet phisice et realiter, mens autem eam concipit methaphisice per abstractionem.

Negant pariter id, quod secundo loco objicitur. Adest nempe ajunt ipsi, tum extrinsecum tum intrinsecum distinguendi fundamentum. Extrinsecum quidem quatenus mens nostra limitata penetrationis rei ejusdem effectus varios relationes rem illam sibi diversimode repraesentat: intrinsecum autem, quatenus ex varietate effectuum et relationum intelligit rem intrinsece pluribus aequivalere, atque adeo objectum ut multiplex menti sistitur a variis ipsius effectibus et relationibus. Causa nempe dignoscitur per effectum, et pro effectuum diversitate modo diverso repraesentatur. Ad hoc autem non est necesse objectum ipsum per effectus menti repraesentari: causa enim in suis effectibus continetur quantum sufficit, ut per illos diversimode menti exhibeatur. Isti autem effectuum conceptus sunt unius ejusdemque rei, sed abstractivi, qui formantur per varias relationes, quas res habet ad diversos effectus.

Utriusque sententiae motiva exposuisse non erit innutile, quoniam eadem de re saepius occurret ~~[illegible]~~ sermo etiam in Theologia revelata. Utramlibet sententiam amplectamini, per me licet. Quam, ni fallor vel questio est de nomine, vel facile saltem conciliari litigantes possent. Scolion

Caput quartum.

De substantia, accidente, vi, et causis.

Juxta communem Philosophorum sententiam substantia est illud omne, quod per se existit independenter ab alio, cui tamquam subjectum inhaereat, ubi substantia est ens per se existens. Ens autem quatenus spectatur ut habens essentiam, et ut affectionum capax est subjectum dicitur. N. 54 Quid substantia?

Non omnes conveniunt in substantiae definitione. Alii volunt eam definiri subjectum perdurabile idemque simul modificabile. Sed illud subjecti nomen videtur Deum excludere a notione substantiae; deinde Deus nec est, nec dici potest modificabilis. Spinoza Ethices parte 1 definitione 3 sic habet: Per substantiam intelligo id quod in se est et per se concipitur; hoc est id cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat; verum impiius systematis Pantheistarum auctor per verba illa, quod in se est intelligit tantum id quod existit a se hoc est independenter a quavis alia externa causa, a qua existentiam suam recipiat, prout alibi videbimus. Scolion

Generalissima substantiae divisio est in perfectam et imperfectam. Per substantiam perfectam intelligitur ens a se, quod cum nullo indigeat a quo creetur et conservetur multo minus alio egeat ente cui tamquam interna determinatio inhaereat: per imperfectam vero quidquid indiget quidem alio a quo creetur et conservetur, attamen nulli tamquam subjecto inest. Talis est e.g. lapis. Altera est etiam substantiarum generalis divisio in spirituales et materiales. Spirituales sunt quae natura sua sunt praeditae vi cogitandi et intelligendi: materiales illae quae tactui resistunt, et sunt impenetrabiles. N. 55 Quotuplex substantia?

N° 56.
Quid accidens?

Accidens prout substantiæ opponitur est quidquid in alio tamquam subjecto existit, seu quidquid alio indiget subjecto cui inhæreat.

Scolion.

Spinoza quemadmodum in substantiæ, sic etiam in accidentis definitione decipere studet. Vocat accidens quidquid in alio est; et post æquivocam hanc loquendi rationem eo devenit ut omnes creaturas aliquo saltem modo in Deo esse velit et omnia, quæ existunt esse totidem divinæ substantiæ modificationes.

Corrolarium.

Ex adductis substantiæ et accidentis notionibus apparet omnia quæ existunt esse vel substantia vel accidens: item accidens extra substantiam non posse existere: demum determinationes quæ accidentibus tribuuntur revera esse determinationes substantiæ, cui inhærent.

Scolion.

Neque est hujus loci neque vacat objectiones enodare quæ fieri solent contra sacramentum Eucaristiæ misterium. Id optime præstatur a Theologis ad quos remittimus, quidquid sit de ea quæstione utrum absoluta Dei omnipotentia fieri possit ut accidentia aliqua sine ullo omnino subjecto consistere valeant.

N 57
Quid individuum?

Ens in genere suo omnimode determinatum individuum dicitur. Franciscus individuum nominatur, quia omnia et singula, quæ illum constituunt in genere suo sunt omnimode determinata, non vaga neque abstracta.

Corrollarium.

In natura singularia tantum esse diximus Logicæ, parte 1. cap 2. num 38 et 87. igitur quidquid existit, est omnimode determinatum et individuum, ergo quidquid non est omnimode determinatum est aliquo saltem modo universale, seu quod continet tantummodo determinationes intrinsecas pluribus singularibus communes similes quæ sunt diversæ in individuis.

Scolion

Quæstio jam moveri solet circa individuationis principium, seu rationem sufficientem intrinsecam individui. Non quidem inquiratur in causam effectricem producentem individuum neque in id per quod unum individuum ab alio secernitur; sed tantum in rationem cur hoc ens sit singulare. Jam inter et tam varias, quæ hac super re feruntur Philosophorum sententias illa magis arridet quæ individuationis principium reponit in omnimoda determinatione eorum quæ actu insunt enti. Cum enim ex dictis quidquid existit singulare sit et omnimode determinatum, etiam individuum determinatum sit oportet. Jam vero cum ex omnimoda determinatione intelligatur, cur sit individuum consequens est omnimodam determinationem eorum, quæ enti actu insunt esse individuationis principium. Sane individuationis principium debet esse simile illis, ex quibus genus et species exurgit. genus vero et species ex determinatione exurgunt: ergo etiam individuum.

N. 58
Quid suppositum et ejus requisita

Suppositum dicitur substantia singularis ultimo completa et sui juris effecta seu subsistentia cum substantia conjuncta. Illud autem quo fit ut aliquid vocetur suppositum nominatur subsistentia seu suppositalitas.

Tria vero requiruntur ad rationem suppositi. 1. ut sit substantia, et non modus, secus nequit esse sui juris: secundo ut sit substantia singularis, non universalis sed est neque genus neque species. 3 ut sit ultimo completa et sui juris, hoc est integrum et totale principium suarum operationum, si quas habet: unde vulgatum illud, actiones sunt suppositorum. Manus itaque vel pes etsi per se possint existere, non sunt supposita; a toto enim homine, cujus partes sunt, in suis operationibus penderent.

N. 59
Quid persona?

Substantia individua naturæ rationalis seu suppositum ratione præditum persona nuncupatur.

petur. Si vero, quod efficit, ut suppositum vocetur persona, dicitur personalitas.

Sed jam inquirendum venit 1.° in quo reponenda sit natura subsistentiæ; qua super re discordes sunt metaphisici. Propter temporum angustiam non est quod diu in hac quæstione immoremur. Magis probabilis esse videtur ea sententia, quæ reponit subsistentiam entis creati in negatione unionis cum alio cum dependentia. Sola quippe hæc negatio reddit ens quodlibet creatum omnium suarum operationum adequatum principium. Ex quo fit, personam creatam recte vocari concretum, seu complexum ex integra natura et dicta negatione. Scolion 1.

Inquirendum secundo, num qualibet substantiarum unio tollat subsistentiam. Respondendum est autem, non qualibet unione tolli subsistentiam sed illa tantum, qua efficitur, ne substantia singularis sit integrum et totale principium suarum actionum vel passionum. Nempe si duæ naturæ quarum utraque si non esset alteri communicata esset suppositum vel persona, quoties ita uniantur ut una ab altera pendeat, non duas sed unam tantum habent subsistentiam; id quod diverso modo et ratione diversa contingere potest. Istæ namque naturæ vel sunt æqualis perfectionis vel una est nobilior altera. Si sint æqualis perfectionis, neutra suppositi ratione gaudet, sed singulæ suppositi partes sunt, et suppositum simul constituunt. Sic duæ quæque atque simul conjunctæ unum et idem suppositum efformant. Si vero una sit altera natura nobilior tunc est distinguendum. Vel enim nobilior pendet ab ignobiliori in suis operationibus vel non. Si nobilior ab ignobiliori, et hæc ab illa pendeat neutra per se est suppositum, sed ex utraque consurgit ut Petrus qui anima et corpore constat. Si autem nobilior sit totale et integrum suarum operationum principium et sui juris atque ab ignobiliori non pendeat, tunc ignobilior suam amittit subsistentiam, atque ea subsistentia subsistit, quam habet nobilior. Sic in Christo humana natura neque suppositum est neque persona quia in suis operationibus pendet a Verbo: et contra natura divina in Christo habet sola rationem suppositi et personæ eo ipso, quod ab humana natura non pendet, atque idcirco actiones humanæ in Christo vocantur Theandricæ, hoc est divino humanæ: duæ itaque sunt in Christo naturæ divina et humana; unica vero persona nempe divina. Scolion 2.

Ad essentiam igitur personalitatis ac subsistentiæ creatæ requiritur, ut neque alteri communicata sit actu, neque sit propensa ad se alteri communicandam. Si enim actu alteri communicata sit non est ultimo completa neque sui juris, ac proinde neque suppositum neque persona. Si vero prona sit ad se alteri communicandam, penderet ab altera, a qua demum ultimo compleretur, adeoque neque ultimo terminata foret, neque omnino sui juris. Corrollarium primum.

Ad essentiam personalitatis increatæ pertinet, ut neque possit alteri communicari. Repugnat enim divinam naturam ab alia quavis perfici, terminari, et ultimo compleri. Corrollarium 2.

In rebus creatis non omne individuum est suppositum: ad individuum enim satis est si sit substantia in genere suo omnimode determinata; sed non est necesse, ut habeat duo illa requisita quæ personalitati et subsistentiæ inesse debere diximus in corrollario 1.; ut nempe neque actu communicata sit, neque propensa ad se alteri communicandam. Sic anima humana a corpore individisa est utique individuum et singularis sed tamen non est persona. Corrollarium 3.

Cum omne creatum individuum sit substantia, non vero simul persona aut suppositum, consequitur creatam subsistentiam et personalitatem esse naturæ substantialis accidentalem modum. Atqui inter substantiam et modum intercedit distinctio realis minor: ergo inter creatam naturam atque substantiam et inter subsistentiam ac personalitatem intercedit distinctio realis minor sive modalis. Corrollarium 4.

Ex quibus omnibus tandem apparet non adversari Philosophiæ ea quæ ab Ecclesia Cattolica proponuntur credenda, dum docet unicam naturam divinam in tribus subsistere personis: Corrollarium 5.

duas

duas e contra naturas divinam et humanam in unica Christi persona reperiri.

Solution. Verio fusiori calamo hæc pertractare placuit ob maximam eorum in Theologia præsertim utilitatem. Namque ex harum notionum defectu turpissima hæresum monstra exorta sunt.

N. 30 Quid et quotu: plex vis seu potentia? Vis seu potentia est abilitas seu capacitas agendi vel patiendi. Per vim igitur hic non intelligitur certa ad motum vel quietem determinatio prout solet a quibusdam accipi, dum de corporibus agunt, sed præcipue eorum determinationum causa. Vis autem hæc seu potentia multiplex est.

Et primo quidem capacitas aliquid agendi vel producendi, vis activa dicitur: capacitas patiendi, vel aliquid in se recipiendi, vis passiva nominatur.

2. Vel est necessaria vel libera. Illa, quæ positis omnibus ad agendum requisitis non potest non agere vel pati, necessaria nuncupatur: sic corpus grave sibi relictum necessario tendit in centrum. Illa vero quæ etiamsi posita sint omnia ad agendum requisita vel ad patiendum, tamen adhuc pro libitu potest agere vel non agere, recipere vel non recipere, appellatur libera; sic homo nullo impeditus obstaculo sedere potest vel stare etc.

3. Vel est proxima vel remota. Proxima dicitur, quæ est in dispositione proxima ad aliquid agendum vel patiendum; remota, quæ est in dispositione remota tantum: sic stuppa igni applicata est proxime disposita ad ignem recipiendum, et ignis proxime dispositus ad eam comburendam. Quod si aliquid obsit, quominus ignis comburat ligna, passiva lignorum vis, et vis activa ignis remota tantum est.

4. Vel est naturalis, vel obedientialis. Naturalis est illa qua gaudet ens aliquid agendi vel in se recipiendi: sic manus potentiam habet tangendi objecta. Obedientialis est illa, qua habet creatura, ut ex vitio sibi divinitus imperito vel effectus natura sua majores operetur, vel aliquid supra naturam suam in se recipiat.

Corrollarium. Ex potentiæ naturalis vel obedientialis notione consequitur eas reipsa unum esse, quia obedientialis est tantummodo naturalis potentiæ extensio, perfectio et nova applicatio. Sequitur insuper, elevationem potentiæ naturalis ad effectum, qui ejus naturam excedat primitivam ejus naturam non destruere eo quod per elevationem istam efficitur tantum ut perfectiori modo primitiva natura exerceatur.

Solution. Potentia, de qua supra, obedientialis dicta quit, quia creatura ad efficiendum vel recipiendum aliquid supernaturale speciali modo subjicitur potentiæ divinæ, per quam elevatur seu extollitur ad aliquid vel agendum vel recipiendum. In obedientiali itaque etiam supernaturalem potentiam includimus. Si per obedientialem potentiam creatura aliquid operatur, activa dicitur: talis est ea, qua mens humana lumine gloriæ perfusa Deum videre intuitive potest: si vero per eam aliquid in se recipiat passiva vocatur: hoc modo divina gratia et infusæ supernaturales virtutes recipi possunt.

N. 31. Extensio potentiæ obedientialis in creaturis. Cum obedientialis potentia sit elevatio potentiæ naturalis, necnon ejus extensio et perfectio, patet eam extendi non posse ad effectus qui cum natura nullam relationem habent, eo quod causa aliquo saltem modo debeat suum continere effectum, inter causam et effectum ipsum aliqua proportio et connexio intercedat necesse est. Itaque ferrum e. g. vitrea auri applicata

numquam

numquam aurem aptam reddere poterit efficere ut visibilia perciperet objecta. Tamen ex hac obedientiali potentia elevari potest humana natura ad finem supernaturalem habendum et adducitur supernaturales ponendus. Distinguendum quippe est inter actum juxta naturam, supra naturam et contra naturam. actus dicitur juxta naturam, quando naturæ competit talis est felicitatis amor, supra naturam quando naturæ vires excedit: hujusmodi est cognitio veritatis quæ naturalem intellectus creati vim superat, contra naturam quando cum natura causæ non potest consistere sic creatio gloriæ est contra naturam.

Activæ potentiæ exercitium nominatur actio. mutatio vero producta ab agente in activa potentia passio dicitur, agens sæpe actionis subjectum dicitur, id quod ex actione derivat passio terminus actionis appellatur. N 62. Qui. actus et passio?

Actio vel est immanens vel transiens. immanens quoties terminus actionis est in ipso subjecto agente: transiens vero, quando actionis terminus extra subjectum agens reperitur. N 63. Quotuplex actio?

Quæ de actionibus generatim hic pertinguntur applicari quidem possunt his actionibus, quæ terminum externum respiciunt, non autem illis quæ intime sunt et necessariæ. Istæ enim ineffabiles sunt mentique nostræ inaccessæ, quas proinde definire Philosophorum non est. Scolion 1.

Observandum est enim quatenus est agens non subire internam mutationem. Etenim agens qua tale continet rationem alicujus effectus, id autem quod alicujus effectus rationem continet, non hoc ipso mutatur sed mutationem producit, nempe effectum qui profecto distinguendus est a sua causa. Deinde si agens sine status sui mutatione operari non posset, cum omnis mutatio sit effectus ab aliqua causa proficiscens sequeretur nullam dari causam sine causa producente, adeoque adstrueretur processus in infinitum, qui tamen repugnat. Tandem Deus actione sua creaturas e nihilo eduxit, quin ullam interni status mutationem subiret. igitur agens potest agere sine interna status mutatione. Fatendum quidem entia creata non agere sine interna status mutatione, dum nempe agendo actione immanente sunt proximum subjectum ipsius actionis, velut dum homo suas elicit volitiones et nolitiones. Verum hæc mutatio non ex agente quatenus agens est, sed ex actionis qualitate proficiscitur. Scolion 2.

Causa definitur principium existentiæ seu id, quod rationem continet cur alterum a se distinctum existat. Illud vero quod a causa producitur, atque in illa habet suæ existentiæ rationem, causatum seu effectus dicitur. N. 64. Quid causa et causatum?

Ex data causæ notione, vel ex notione principii de qua cap. 1 n. 8 apparet latius patere principium, quam causam. In hoc vero conveniunt ut et principium prius principiato et causa prior sit effectu, quoniam ratio principiati in principio, et in causa ratio continetur effectus. Quare si idem cum eodem secundum eundem respectum conferatur, omnino repugnat esse simul principium et principiatum, causam et effectum. Discrepant tamen in eo, quod causa sit principium existentiæ tantum; principium vero extenditur ad omne id, quod quocumque modo ab alio oritur. Deinde causa stricte accepta sub omni respectu prior esse debet, quod est causatum; id necessario non requiritur semper ad rationem principii. Corollarium.

Ad hoc probe intelligendum advertatur oportet triplici modo aliquid dici posse altero prius scilicet tempore, natura et origine. Tempore prius est quod existit altero nondum existente Scolion.

tente

 tente natura, quod a suo principiato distinguitur spectata natura: origine, quod in se continet rationem sufficientem alterius, quocum eamdem individuam habet naturam. Ad rationem causæ stricte acceptæ triplex hæc prioritas semper necessario requiritur. At ad rationem principii non est opus, ut semper principium sit tempore et natura prius principiato, sed sufficit, si eodem sit prius origene. Sic Pater in Divinis est Principium Filii, qui non sit illo prior tempore aut natura, sed tantum origine. Ex posterioritate autem et dependentia principiati a suo principio non semper in principiatum aliqua imperfectio redundare dicenda est. Namque imperfectio tunc solum contrahitur, quando principium est tempore aut natura prius principiato, non autem quando est prius origine tantum. Quoniam in hoc casu principiatum eamdem habet naturam cum suo principio. Hinc ad causæ naturam requiritur, ut natura distinguatur a suo effectu, non ad rationem principii. Quare Theologi in creatis Patrem vocant causam Filii, in divinis vero Patrem dicunt principium Filii. Quamquam Græci causæ vocabulum latius accipientes illud promiscue cum principio usurpant.

N. 35.
Quotuplex causa?

Multiplex est causa. A Philosophis dividitur in efficientem, finalem, materialem, formalem, et exemplarem.

N. 36.
Quid et quotuplex est causa efficiens?

Causa efficiens illa dicitur quæ actione sua alteri existentiam confert, seu, ut ait Jul: est quæ id efficit, cujus est causa. Talis est Deus qui hanc veluti rerum universitatem ex nihilo eduxit.

Dividitur autem in primam et in omnimam et universalem quæ ab alia non pendet, et ad omnes omnino aliquo saltem modo concurrit effectus, talis est Solus Deus. et in secundam et particularem, quæ a prima dependet ut sit, conservetur et agat, quæque ad aliquos tantum concurrit effectus. hujusmodi sunt substantiæ creatæ.

2. in totalem et partialem. Totalis est ea, quæ sola totum producit effectum, ut si unicus homo datum pondus portet; partialis quæ simul cum alia causa effectum producit, ut si duo homines idem pondus ferant.

3. In principalem et instrumentalem. Principalis quæ propria sua efficacitate producit effectum ut sculptor. instrumentalis, quæ principali inservit tamquam medium ad productionem effectus, ut scalprum.

4. In remotam et proximam. Remota, quæ non exhibet effectum, nisi altera causa intercedente. proxima, quæ sine causa intermedia, non gignit effectum. Avus est causa remota nepotis, pater causa proxima, filii.

5. In causam per se et per accidens. Per se vocatur quæ producit effectum animo designatum, si sit intelligens ut qui deliberate alium vulnerat; vel quæ effectum parit, ad quem natura sua destinata est ut ignis ad comburendum. Per accidens dicitur illa, quæ aliquid agit vel præter intentionem, si intelligens sit, vel præter naturalem destinationem. Causa per accidens fuit juvenis ille apud Plutarcum, qui, lapide quo canem peteba, invitam sibi novercam interemit addens lapidem, non sic quidem male cecidit. Esset item causa per accidens ostes vas, quod e fenestra cadens hominem transeuntem interficeret.

6. In liberam et necessariam. Libera est, quæ sic agit, ut pro libitu possit non agere, velut Deus quoad opera ab extra. necessaria quæ sic agit, et non possit non agere, vel aliter agere ut ignis, qui necessario calorem producit.

7. In univocam et æquivocam. Univoca quæ effectum sibi similem producit, ut flos alium florem: æquivoca, quæ effectum parit sibi dissimilem, ut pictor picturam

Octava.

8 Demum ut alios modos faciamus, ut Phisicam et Moralem. Phisica est ea, quae vera et reali actione sua effectum operatur, ut si quis propria manu aliquid agat: Moralis, quae alterius ministerio aliquid operatur, ut si quis alterius mutilationem praecipiat aut consulat. Modi quibus quis moralis causa evadere potest his versibus continentur:

jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans,

Morali causae affinis est occasionalis quae licet effectum non producat, tamen excitat causam efficientem, illamque movet ad operandum, atque sic occasionem ei praebet, ut suam exerceat vim et pariat effectum, qui sine hac occasione non produceretur. Sic qui lignum igni admovet, est combustionis causa occasionalis, ignis vero proximitas conditio, sine qua non.

Id, quod agens intelligentia donatum per actionem suam obtinere sibi proponit finis seu causa finalis appellatur. Finis est quem quis sedulo studet, est eruditio. Causa finalis seu finis dicitur proximus, si a causa efficiente intendatur nullo alio intermedio. Dicitur remotus qui obtinetur per alios intermedios; dicitur ultimus ad quem intermedii referuntur. Dicitur principalis ille propter quem solum ponitur actio, minus principalis, propter quem sic agitur, ut nisi alius praeterea esset actio non poneretur. Quae ad finis consecutionem adhibentur media nominantur, quae obstant, quo minus finis obtineatur, vocantur impedimenta. 87. Quid causa finalis et quotuplex?

Atque ex dictis infertur primo, solum eos intelligentes agere posse propter finem. Aliter finis causam movere non posset nisi consequendi gratia. Infertur secundo volentem finem velle debere etiam media, sine quibus finis obtineri nequit. Infertur tertio volentem media velle ea propter finem, ac proinde oportet esse, ut media prius existant, quam finis. Infertur demum eum, qui mediis actu utitur jam prius cogitasse de fine. Ex quibus patet illorum axiomatum sensus: finis est primus in intentione, ultimus in executione. finis dat mediis amabilitatem, bonitatem, mensuram, ordinem. Corollarium

Spinoza semper impius finalem causam docet esse humanorum figmentum eamque totam evertere naturam quia tamquam effectum considerat id quod revera est causa, et facit posterius id, quod natura est prius. Ast enormiter fallitur; si enim ea, quae fecit Deus, aptissima sunt ad aliquem effectum edendum, et illum mecanica sua conformatione necessario edant, quis dubitavit, Deum in illis condendis hunc sibi finem proposuisse? Sed neque repugnat unam eandemque rem sub diversa comparatione et respectu causam esse et effectum, priorem et posteriorem. Sanitas exempli gratia intellectu apprehensa est causa finalis seu finis, ob quem quis istis remedii: Sinodion.

medii:

medicamentis, et eadem sanitas realis est effectus.

98. Quid causa materialis, formalis et exemplaris?

Causa materialis seu materia est id, ex quo tamquam praeexistente subiecto aliquid fit, ut lignum, ex quo faber lignarius tabulam conficit. Causa formalis seu forma est ea per quam materia disponitur et perficitur, ita ut ad certam entium classem referatur et distinguatur ab aliis entibus communem materiam habentibus: talis est ligni dispositio, ob quam tabula vocatur. Ex hinc vetus illud: forma dat esse rei ratione distingui. Causa exemplaris dicitur illa, quam causa efficiens sibi imitandam proponit: tale est exemplar, ad cuius imitationem sculptor vel pictor aliquam statuam vel picturam efformat.

99. Assertiones de causis.

Quae de causis et effectibus afferenda sunt, ad sequentia propositiones revocantur.

I. Effectum inter et causam connexio aliqua intercedat oportet, et nihil est effectus simul et causa vel sine sui causa esse potest. Primum patet ex eo, quod effectus in causa habet rationem suae existentiae: secundum ex eo, quod secus esset simul causa et effectus, adeoque prior simul et posterior: tertium ex eo, quod si sine causa posset existere, nullam haberet suae existentiae rationem sufficientem, quod falsum esse ostendimus cap. 1. num 15.

II. In effectu plus esse non potest quam in causa. Etenim si plus perfectionis foret in effectu, quam in causa, ista effectus perfectio vel derivaret a causa, vel a nihilo: si secundum, ergo nihilum potest alicuius rei esse vera causa, quod repugnat. Si primum: ergo causa dedisset alteri perfectionem, quam non habebat, vel plus quam habebat, quod rursus est absurdum nam ut vetus fert adagium, nemo dat quod non habet nec plus quam habet. Triplici autem modo causa continere potest effectum. Formaliter quando eodem modo iuxta propriam formam seu entitatem effectus continetur in causa sic calor corpori communicatus continetur in igne. Eminenter, quando id quod continetur praestantiori et excellentiori modo est in causa atque hac ratione Deus in se continet creaturarum perfectiones. Virtualiter, quando causae virtus inest producendi perfectiones effectus: sic Deus cui virtus procreare potest omnes creaturarum perfectiones.

III. inter causam efficientem et effectum distinctio a parte rei intercedit. Secus e: nim idem esset seipso prius et posterius, effectus simul et causa, unum idemque, quod tamen repugnat.

IV. Causa causæ est etiam causa causati. Sic si Petrus sit causa Pauli, Paulus causa Antonii, Petrus est causa etiam Antonii, non quidem immediate sua actione, sed me: diate per Paulum. Quum enim una causa ab alia pendet, quoad actionem dicitur al: teri essentialiter subordinata: atque hoc in sensu vera est posita assertio.

V. Causa necessaria semper agit quantum potest, et ex iisdem causis necessa: riis, ceteris paribus, idem semper nascuntur effectus, et ex similibus similes. Primum patet ex eo, quod cum causa necessaria libera non sit ad agendum, vel non agendum, neque potest esse libera ad agendum plus vel minus. Secundum prodiit ex primo, quoniam cum causa necessaria semper agat quantum potest, nulla adest ratio propter quam ceteris paribus eosdem non producat effectus. Atque idipsum dicatur de causis similibus.

Quid casus et fortuna improprie accepta sit dictum est cap. 1. num. 16. in resum: tione ad responsiones. In rigore autem casus et fortuna habetur, quando res fiunt absque prestituta certa causa, absque prescientia, providentia, ordine, fine: Casus effi: cit causas necessarias, fortuna causas liberas. Jam vero nihil fieri casu aut for: tuna evidenter patet tum ex iis, quæ hoc capite dicta sunt de causis, tum etiam ex iis, quæ de ratione sufficiente pertractata fuere capite primo. Sane ne Epicurus qui: dem casu aut fortuna hujusmodi somniavit. 70. Quid casus et fortuna?

Fatum, quod Christianum dicitur, sic definitur a Boetio libro quarto de consolatione Philosophiæ: est rebus mobilibus immobilis inherens dispositio, juxta quam divina provi: dentia suis quoque nectit ordinibus. Fatum nempe hoc aliud non est, quam divina provi: dentia, de qua preclare Genuensis, est, ait, rerum mundi omnium prescientia, et preordinatio, immutabilis quidem, sed quoad in sua ordine, tum in ea parte rerum quæ ratione utuntur libera; Ethnici de hac providentia, quam non bene cognoscebant, divinitatem sibi effinxerunt, eamque nomi: nabant fortunam, cui regimen omnium tribuebant, ac si ut temere et citra ullum justitiæ ordinem cuncta disponeret. 71. Quid fatum Christianum?

Democritus invexit æternitatem attomorum sive materiæ quam sine ulla dependentia a quaqua cau: sa vel a Deo Auctore opinabatur semper moveri per inane spatium, atque omnia ex ea conflari, neque humanis men: tibus exceptis in hac hypotesi cum materia sit incapax libertatis, et a nemine negatur, omnia fiant oportet ex legibus necessariis et mecanicis, quin aliquid sit, per quod nec series causarum et effectuum omnino quæat. itaque ne: 72. Quid fatum Democriticum?

 cessaria et stricta causarum et effectuum, seu effis æterna Deo independens, et ex materiæ legibus et viribus necessario dimanans, est Democritium fatum.

73 Quid fatum Aristotelicum et Spinosisticum?

Deum necessario et ab æterno creasse mundum putavit Aristoteles. Necessaria itaque atque æterna rerum creatio a Deo facta, est fatum aristotelicum. Ab hoc parum distat Spinosisticum. Est Spinozæ doctrina unicam dari substantiam eamque æternam infinita cogitatione et extensione præditam, et hanc esse Deum: cetera vero esse modificationes attributorum Dei quæ fiant ex necessitate naturæ divinæ et ex divinæ naturæ ~~attributis~~ legibus. Quare fatum Spinosisticum est series eadem æterna et necessaria quæ emanatione essentiali fluit ab æterno et necessario.

74. Quid fatum Stoicum?

Fatum Stoicum est necessaria et ineluctabilis rerum series a Dei voluntate profluens, non ex materia, neque ex natura Dei per essentialem emanationem. Stoici fatum hoc appellant providentiam: circa id vero non una est eruditorum sententia.

75. Quid fatum Mahumedanum?

Fatum mahumedanum est absoluta et immutabilis rerum omnium prædestinatio, atque ordinatio in Deo quidem libera, et in rerum serie necessaria.

76. Quid fatum Astronomicum?

Fatum astronomicum est ineluctabilis et necessaria eventuum humanorum series descendens ex astrorum vi et energia. Plures et hodierum sunt nationes, quæ ineptissime putant et corpora sublunaria et ipsos etiam animos humanos regi ab astrorum vi ineluctabili. Neque desunt viri mendaces et fraudolenti, qui rudibus futuros venditant eventus.

Scholion. Fatum in genere est talis omnium mundi causarum et effectuum connexio, ut una ab altera necessario pendeat, adeo ut nulla in parte concatenatio possit abrumpi. Aliquod existere fatum colligitur demonstratur ex eo, quod nihil fieri potest sine causa, adeoque purus et merus casus sine fortuna est omnino impossibilis tam respectu totius universi quam cujuslibet ejusdem partis. Porro inter enumerata solum Christianum esse verum fatum, suo loco apparebit.

Caput V.

De ente finito et infinito, necessario et contingente, mutabili et immutabili, simplici et composito.

77 Quid ens finitum et infinitum?

Finitum vocatur quodlibet ens, quo majus concipi potest, quodque suis terminis vel limitibus circumscribitur. Infinitum e contra dicitur illud, quod nullis terminis coarctatur, quoque majus concipi nequit.

Corollarium. Finitum itaque actu mutari potest, eo quod capax absolute est multorum modorum, qui ei inesse et ab eo abesse possunt. Cum vero alii modi aliis contrarii sint, patet omnes hos modos simul enti inesse non posse, sed tantum successive. Sic cera calida esse potest et frigida sed non eodem tempore. Quare in ente finito nequeunt ea omnia inesse, quæ actu inesse possunt. E contra in ente infinito sunt actu omnia quæ capax sunt actu inesse. Quidquid igitur est in ente infinito, pertinet ad attributa essentialia, et siquid adest, quod ad modos pertinere videatur, illud est ad instar attributi, non vero ad instar modi mutabilis. Si quid ejus modi sit, cujus oppositum enti infinito non repugnet absolute et simpliciter, repugnet tamen ei ing-

in

se actu, esse etsi ad modos pertinere videatur, inest tamen ad instar attributi. Sic Deus libere creavit Mundum: ergo decretum de mundo non condendo absolute non repugnavit Deo. At quoniam Deus libertate sua mundum potius condidit, quam non, idcirco contrarium decretum in Deo numquam fuit. Atque hæc, quorum oppositum absolute non repugnat, modo apparentes nominare placet qui non absolute sed hypotetice tantum sunt necessarii.

Sed hæc de reali infinito, de quo plura in Theologia naturali. Matematici infinitum actu, seu categorematicum vocant id, quod actu infinitum esse concipitur; infinitum potentia, seu sincategorematicum id, quod sine fine augeri potest. Insuper aliud infinitum vocant absolutum quod in se et reapse non habet limites; et aliud relativum seu indefinitum, cujus limites etsi dentur a nobis tamen nequeunt assignari. Aliud denuum dicunt infinitum methaphisicum seu reale, et aliud matematicum seu ideale. Matematica infinita non sunt methaphisicæ objectum. Ceterum unum Deum esse ens actu, absolute, et realiter infinitum alibi evincemus. Repugnat vero dari numerum, tempus, extensionem realem actu infinitam, prout cuique facile patet. Scholion.

Necessarium illud dicitur quod non potest non existere et cujus oppositum est impossibile. 78. Quid necessarium et contingens?
contingens vero vocatur id, quod potest non existere, et cujus oppositum est possibile.

Ex triplici impossibilitate triplex etiam oritur necessitas, absoluta, naturalis, et moralis. Triplex pariter est contingentia absoluta, naturalis, et moralis. Rursus necessitas vel est antecedens, vel consequens. Antecedens illa est, quæ ex aliqua procedit conditione, quæ tamquam vera efficiens causa, vel tamquam prævia conditio se habens ad instar causæ est suo effectu prior, et in eum influit. Sic impossibile est ambulare, si vinculis constrictus lecto obligetur. Consequens est illa, quæ non est tamquam causa prior effectu, sed illum subsequitur et supponit; sic ei, qui impius fuit, necessarium est peccasse. Scholion

Sola igitur necessitas absoluta tollit contingentiam, non vero conditionata; quod enim est absolute impossibile, numquam evadere potest possibile: ergo oppositum illi, quod est absolute necessarium, numquam evadere potest possibile; adeoque necessitas absoluta tollit contingentiam. E contra quod est tantum hypotetice impossibile, si tollatur conditio evadit possibile: ergo oppositum illi, quod est hypotetice necessarium, fieri potest possibile; adeoque necessitas hypotetica non tollit contingentiam. Hinc est quod ea, quæ necessaria sunt necessitate hypotetica vel morali, dicuntur necessaria secundum quid. Corollarium 1.

Quodlibet ens vel necessarium est vel contingens. Id enim ejus oppositum est absolute impossibile, vel non: si primum, est necessarium, si secundum, est contingens. Corollarium 2.

Illud ens, quod in sua essentia habet sufficientem rationem suæ existentiæ, dicitur existere a se, seu independenter a quovis alio, ut Deus: illud vero, quod in alio a se distincto et diverso habet suæ existentiæ rationem sufficientem, ab alio existere dicitur. 79. Quid ens a se et ab alio?

dicitur, seu dependenter ab alio tamquam sua causa, ut homo.

80.
Propositio. Ens a se est ens necessarium; ens ab alio est ens contingens.

Prob. 1. pars. Ens a se cum in sua essentia habeat suæ existentiæ rationem sufficientem tale est, ut ejus existentia ab essentia separari non possit: ergo est absolute necessarium. Antecedens probatur. Ens, cujus existentia pertinet et ingreditur ipsam essentiam, vel est effectus ejus rei, quæ in sua essentia continet rationem sufficientem suæ existentiæ. Si primum, patet propositum: si secundum, ergo res aliqua sibi ipsi potest existentiam tribuere, quod tamen repugnat. ageret enim priusquam existeret: ageret quidem, quoniam existentiam sibi conferret; sine actione autem nullus dari potest effectus: antequam existeret; supponitur enim non existens antequam sibi producat existentiam: ergo.

Prob. 2. pars. Ens ab alio in propria essentia non habet suæ existentiæ rationem sufficientem, sed in alio a se diverso et distincto: ergo est contingens. Sane quod ab alio existit, potest non existere: igitur ejus existentia contingens est.

81.
Quid mutabile et immutabile? Ens, cujus internus status esse potest aliter ac est, mutabile dicitur: si vero internus ejusdem status esse non potest aliter ac est, appellatur immutabile.

Corollarium. Si necessarii et immutabilis, nec non contingentis et mutabilis notiones simul conferantur, apparebit eas optime convenire inter se. Quod igitur necessarium est, etiam immutabile sit oportet, in immutabili enim, prout ex definitione patet, nihil substitui, nihil addi potest, ceteris iisdem manentibus. Quare si attributum subjecti ponatur esse immutabile, cujus attributi loco aliud non potest substitui: ergo attributum illud necessarium est. Pariter si attributum necessario insit subjecto, aliud ejus loco substitui nequit, ceteris manentibus: ergo attributum illud est immutabile. Quod igitur est necessarium est etiam immutabile et viceversa. Item quod est contingens, est etiam mutabile. Nam in mutabili unum potest substitui loco alterius, ceteris iisdem manentibus, et aliquid etiam accedere ceteris, quæ enti insunt. Mutabile igitur est contingens, et e contra. Ergo quidquid de necessario et contingente dictum fuit, immutabili quoque et mutabili applicari potest.

Scholion. Aptus hic foret locus ad ea omnia demonstranda, quæ Deo enti infinito absolute necessario, a se existenti, et immutabili convenire Philosophia docet. Verum de iis commodius in Theologia naturali, ubi videbimus etiam, quomodo sufficiens contingentium ratio nonnisi in ente absolute necessario inveniri possit.

N. 82. Quid simplex et compositum totum et partes.

Ens quod partibus caret dicitur simplex, ut Deus: quod constat partibus dicitur compositum ut corpus humanum. Quæ concurrunt ad unum ens constituendum dicuntur partes: ens autem quod ex his simul sumptis consurgit vocatur totum.

Corrollarium 1.

Cum quidquid existit vel partes habeat vel partibus careat, apparet omne ens vel simplex esse vel compositum. Item patet ens simplex dividi non posse, quia partibus caret: secus vero compositum quia constat partibus.

Corrollarium 2.

Ex notione totius et partium fit manifestum totum esse majus sua parte et partem esse minorem suo toto: totum esse æquale omnibus suis partibus simul sumptis et partes simul sumptas esse æquales toto: posito toto poni ejus partes, et positis simul partibus poni totum ipsum.

Corrollarium 3.

Partes ad invicem aliquo modo connexæ exhibent ens compositum: ergo partes, et modus, quo connectuntur compositi essentiam constituunt, ergo qui intelligit modum quo partes totius connectuntur compositi essentiam intelligit.

N. 83. Animadversio circa ens compositum.

Si ex præexistentibus constitutivis aliquid existentiam obtineat, generari dicitur: si illud remanentibus constitutivis existere desinat dicitur corrumpi. Porro ens compositum potest generari, quoniam partes plures seorsim existentes conjungi certo aliquo modo possunt, ut totum compositum exhibeant: potest etiam corrumpi eo quod partes conjunctæ dissociari possunt ab invicem et sejungi.

N. 84. Circa ens simplex.

Ens simplex non potest generari, quia generatio supponit conjunctionem partium, quibus ens simplex caret. Sed neque potest corrumpi: ad corruptionem enim requiritur dissociatio et separatio partium quæ enti simplici inesse non possunt. Simplex igitur ens oritur ex nihilo, et ex anihilatione interit. Oritur quidem ex nihilo: nam si ab alio oriretur illud vel simplex esset vel compositum. Non simplex, quia nihil ab eo distrahi potest quod separatum existat. Non compositum, quia inde prodire deberet vel nova conjunctione, vel dissolutione partium: non primum quia esset compositum: non secundum, quia sic non oriretur, sed relinqueretur ens simplex quod jam erat. Ergo oritur ex nihilo. Interit etiam a nihilatione. Etenim si ita desideret, ut aliquid de eo superesset, jam simplex non foret, prout supponitur.

Scolion.

In sensu lato et minus proprio etiam philosophi interdum usurpant vocabulum simplex ad ea significanda quæ ex homogeneis seu ejusdem naturæ partibus constant: sic quando parum mel habetur, ubi non sunt alterius naturæ partes dicitur simplex. Sed revera hæc sunt composita quia ex pluribus partibus coalescunt. Quæ autem dicta sunt de ente simplice et composito intelligenda sunt in sensu phisico, non in methaphisico vel logico, prout loquuntur scolæ. Quare ens simplex, de quo nunc est sermo, debet carere partibus, in quas dividi et separari revera possit ut anima humana: ens vero compositum constare partibus, quæ revera dividi et seorsim collocari possit ut corpora.

Caput sextum.

De extenso, continuo, spacio, loco, tempore, et motu.

N 85 Coexistentia plurium partium simul conjunctarum nominatur extensio. Ens autem,

Quid extensio et extensum. quod ex pluribus extra se positis partibus constat, quae vel reapse vel saltem ex sensuum judicio sunt unitae, extensum dicitur: talis est e. g. tabula lapidea. Atque ex hinc facile apparet extensionem soli enti composito convenire.

Scolion. Sunt qui extensionem vocant occupationem spatii divisibilis eamque etiam enti simplici competere putant, cui tribuunt partes quasdam quas non reales, sed virtuales vocant. Unde docent spatium in plures partes divisum posse ab ente occupari sive illud realiter constet, sive destituatur partibus, adeoque in eorum sententia unum ens simplex totum potest occupare spatium, in quo plura simul possent existere atque unum exacte majus altero sive ratione magnitudinis spatii quod occupat. Totum nempe ens, inquiunt, in toto spatio existit, et totum in quavis spatii parte, quemadmodum anima est in toto hominis corpore et in quavis corporis parte.

Ast virtualis haec extensio inanis vox est, cujus non habetur idea. Ponamus e. g. ens aliquod occupare spatium in viginti partes divisibile. Id quod existit in vigesima spatii parte, vel aliquid est, vel nihil. Porro nihil esse nolunt adversarii: ergo aliquid. Sed istud vel est illud item quod in prima spatii parte existit vel non. Si primum: ens simplex est replicatum, seu existit simul et eodem tempore in viginti partibus spatii, quod tamen esse physice impossibile omnes conveniunt. Si secundum: ergo pars realis existit in vigesima parte spatii adeoque ens hoc non est amplius simplex. Exemplum ex anima humana desumptum eodem imo probabiliori jure negatur quam quo affirmatur. Sane simplicitas ea omnia excludit quae nequeunt consistere sine partibus: extensio vero exigit superficiem, et aliquod intercedens: adeoque simplicitas generatim pugnat cum extensione. Inest quidem etiam enti simplici quantitas qualitatis, sive intensionis gradus de quo cap. tertio num. 40, atque in hoc sensu dici potest magnum et parvum earum. Verum in eo nulla est proprie sic dicta extensio. Extensum enim, de quo agimus, vel in longum protrahitur et lineam, vel simul in latum et superficiem, vel etiam in profundum, et corpus mathematicum constituit: atque ejus termini figuram efformant. Verum nihil profecto horum in ente simplici inveniri potest.

N 86. Intervallum, sive spatium, quod unum inter et aliud corpus intercedit, distantia nun-

Quid distantia, continuum et contiguum? cupatur. Extensum, cujus partes sunt ita conjunctae inter se, ut aliae nequeant interponi, appellatur continuum. Dicitur autem continuum physicum quando sensualis tantum repraesentatio in ratio habetur, etsi ejus partes aliquibus intervallis sensus effugientibus sint separatae. Sic sensus tabulam marmoream exhibent ut continuam. Si vero continui partibus nihil omnino possit interponi, continuum dicetur mathematicum. Id quod opponitur continuo, dicitur interruptum, tale est e. g. cribrum. Ens, quod alteri coexistit in loco proxime vicino, ita ut si alterutrum horum non moveatur nihil possit interponi, dicitur contiguum, velut plumbi massa alteri massae superposita.

N 87 Entia quorum unum existit existente alio, dicuntur simultanea: quae vero sunt ad invi-

Quid simultanea et successiva? cem conjuncta ita ut dum unum existere desinit, alterum existere incipiat successiva nominantur. Ignis e. g. aqua, terra sunt entia simultanea: anni tempestates sunt successiva.

N. 88 Quid spatium sit ignorat nemo, sed ubi dicendum occurrit in quo situ sit ejus natura,

Quid et quotuplex spatium? palato haeret immobilis lingua atque ad illud accurate definiendum apta verba deficiunt. Ubi certe ni-

Sed neque minus exiguum est id, quod ultimo asserebatur, nempe inter indivisas atomorum combinationes etiam praesentem mundi structuram possibilem esse. Quamquam enim summa liberalitate concederemus Epicureis, ut propriae immaginationi obsequentes harum combinationum possibilitatem sibi effingerent; tamen non admitti posset elegantissimam hanc mundi machinam ex fortuito attomorum concursu ortam unquam. Siquidem enim eorum constantia et aequalitas tanta est, ut citra absurdum dici nequeat eam a casu fuisse productam. Profecto si tantum tribuere vis atomorum concursui; cur, inquit Cicero de natura deorum lib. 2. cap. 37. porticum cur templum, cur domum, cur urbem efficere non potest, quae sunt minus operosa, et multo quidem faciliora? Deinde dicat Epicurus unde sit mens, unde ingenium, unde memoria, unde sensus? Certe non ex atomis quia ipsi his totis carent. Illud autem quod non habent, nunquam dare possunt. Ex quibus igitur tamquam seminibus vel principiis ista decernuntur?

[illegible]

urgebis. Non magis percipi potest quomodo quid creari possit, quam quod materia sit increata et improducta. Est autem hoc discrimen inter hypothesim de materia creata, et hypothesim de materia improducta quod hæc secunda, quamvis concipi nequeat modus, quo sit, nulli tamen absurdæ conclusioni præbet fundamentum, dum e contra prima illa supponit aliquid ex nihilo tum sui, tum subjecti educi posse contra tritum et certum illud, ex nihilo nihil fit. Hypothesis igitur de materia increata et æterna est rationi conformior.

R. Materiam esse contingentem et sine causa efficiente nullatenus posse existere tanta argumentorum efficacia superius demonstratum est, ut non solum nequeat concipi sed etiam repugnet materia improducta. Impudenter igitur asserunt materialistæ, systema de materia improducta nulli falsæ conclusioni præbere fundamentum. Neque minus impudenter agunt, dum nituntur ostendere repugnantiam in creatione, eo ducti motivo, quod ex nihilo nihil fit. Perperam enim illud effatum jactitant esse intelligendum de creatione facta ab ente necessario et infinito, eo quod verus ejus enuntiati valor est: nihilum etiamsi infinities multiplicetur, nihilum reddit: nihil producit seipsum: nihil est sine causa efficiente: nihil per naturales vires ex nihilo educi, vel in nihilum redigi potest etc. Qui omnes sensus tantum absunt, ut innuant, creationem ab Ente supremo fieri non posse, ut quinimo ejusdem non repugnantiam confirment. Porro etiamsi nos lateat modus creationis activæ, tamen ubi constet de facti veritate, minime licet id negare ex eo, quod infirmus intellectus noster rationem ignoret, qua id fiat. Sed adnotare juvat contra assertores materiæ improductæ et æternæ, quo effatum ipsum, quod urgent contra creationis possibilitatem, dum eam stabilit, eos simul refutat. Explicat enim seriem infinitam contingentium sine causa [illegible] efficiente esse non posse, et demonstrat hypothesim materiæ improductæ repugnare, quia in illa necessario dicere deberent mentem, intelligentiam et rationem, ex nihilo prodiisse.

Instabis. Res aliqua, si creari posset, ex nihilo educi deberet, vel eo momento, quo non est, vel eo quo est, vel postquam est, vel quando simul est et non est. Ast non eo momento quo non est, eo quod cum tunc non sit, neque dici potest creari; non eo quo est, vel postquam est quia cum jam esset, non amplius crearetur, sed jam creata diceretur: sed neque eo momento, quo est simul et non est; id enim plane repugnat. Ergo mundus nullo modo, neque ab ulla causa potuit procreari.

R. Fallacia, quam sic proponunt adversarii non solum efficit creationem, sed etiam quamvis simplicem productionem, et si quid concluderet, inferendum foret contra quotidianam experientiam, nihil umquam posse produci. Manifesto impetit etiam adversarios, quia e diametro adversatur systemati de mundo coalescente ex fortuita attomorum concursione. Respondemus autem existentiam eorum quæ creantur, cum sint creationis effectus, haberi eodem temporis momento, quo producuntur, seu quo causa agit, non quidem vel ante, vel sine creatione sed simul cum ipsa, et ejus vi atque efficacitate. Aliter enim plane numquam existeret effectus. Id enim fieri non posset, antequam actio existat, evidens est; non eo momento; quo actio existit, prout fert suppositum; non demum postquam cessavit actio, quia si agente et existente causa non extitit effectus, multo minus existere potest, postquam actio prorsus sublata est.

N.° 13. Occurritur aliis objectis.

Opponit Lucretius. Quidquid fit a causa intelligente, fit propter finem. Atqui causa efficiens mundi nullum sibi finem præfigere poterat: finis enim aliud non est quam utilitas. Mun-

hi autem usus nonnisi post ejus creationem et existentiam obtineri potest. Mundus igitur semper natura sua et propriis viribus extitisse dicendus est. Nil Mirabaud. Si mundus suam originem necessario debet alicui causæ efficienti, ubinam demum fuisse dicemus istam causam? An in mundo, vel potius extra mundum? Ast extra mundum fuisse gratis assereretur: non enim concipere valemus aliquem locum, in quo collocata fuisset. Si vero in mundo, igitur mundus simul cum ipsa existebat, et absque fundamento imo contra rationem mundus dependitur tamquam ex nihilo eductus ab alia causa a se prorsus distincta.

R. Sed nugantur adversarii. Primo enim quamvis omnis usus sit finis seu propter finem aliquem, dixit Lucretius etiam omnem finem esse usum? Causa intelligens agit utique propter finem qui tamen finis obtineri non potest nisi post actionis positionem. Architectus e.g. qui cogitat de elegantis edificio extruendo, ut sibi famam comparet, numquid suum finem jam obtinuit? Nonne finem intendere potuit priusquam edificium erigat? Quinimo ut intelligenter agat an non debet finem prestituere consequendum post operis complementum? Sic causa efficiens mundi cum infinita intelligentia supponatur esse prædita et potuit et debuit sapientissimos sibi proponere fines priusquam ad mundi creationem deveniret. Secundum non moramur. Si eo usque recessit Mirabaud, ut nullum materiæ auctorem agnoscat, sibi imputet quod rationali natura abutens tot inter densissimas tenebras libere obversari velit. Ceterum in Theologia naturali luculenter demonstravimus causam efficientem mundi, nempe Deum, esse in seipso, neque indigere mundo corporeo ut ibi collocetur. Ibidem videbimus eum propter suam immensitatem, quemadmodum ubique, ita etiam mundo a se creato præsentem esse quin neque ad ejus naturam pertineat neque cum ipso [illegible] misceatur, neque ulli resolutioni sit obnoxius.

N. 14.
Satis fit objectionis contra creationem ab æterno factam.

Si Deus mundum condidit, eum ab æterno condere debuit: ergo mundus numquam cœpit esse. Proba antec. Quidquid Deus cognoscit, ab æterno cognoscit, et quidquid vult, ab æterno vult. ergo et. Sane Deum quemadmodum ab æterno intellexit, sic etiam ab æterno necessario velle patet tum ex eo quod ejus voluntas sit non minus æterna quam intellectus, tum etiam ex summa divinæ voluntatis efficacitate. Siquidem divina profecto voluntas continet in se rationem sufficientem existentiæ mundi: si igitur æterna est illa voluntas etiam mundum æternum esse necesse est posita quippe ratione sufficiente ponitur etiam rationatum.

R. negando antec. Ad probationem distinguo antec. Quidquid Deus cognoscit ab æterno cognoscit, quia intellectus est potentia necessaria quoad omnes et singulos suos actus, concedo; quia [illegible] nego antec. Quidquid Deus vult ab æterno vult sive pro tempore sive pro tota æternitate quoad actus internos divinæ voluntatis, quæ liberrima, concedo; quidquid vult ab æterno vult et pro tota æternitate quia divina voluntas est necessaria etiam quoad actus externos, nego antec. et consequentiam. Atque hæc distinctio plenam rationem indicat, ut illa vellentur quæ in ostensione objectionis [illegible] nempe cum ex necessitate naturæ omnimodis perfectionibus in gradu infinito sit instructus, non potest non habere æternam omnium omnino rerum cognitionem: ignorantia enim vel minimæ rei est imperfectionis indicium, atque divinus intellectus est potentia necessaria quoad omnes et singulos actus. Voluntas autem divina in iis quæ sunt ad extra, liberrima est adeo ut possit aliquas res facere vel non facere hoc potius quam alio modo facere, hocve illo potius tempore illis existendi initium præscribere. Unde apparet, ex temporaria mundi existentia nullam imperfectionem in Deum redundare eo quod cum ipse sit infinite beatus, ex mundi non existentia nullum potest pati detrimentum, sic ex ejusdem existentia nullum

nullum in gloria interna incrementum potest recipere. Ad divinæ autem voluntatis efficaciam non aliud requiritur quam quod vel certo ad existentiam educatur eo temporis momento quo ejus existendi initium decrevit. Hinc divina voluntas continet in se rationem sufficientem existentiæ mundi, quæ existentia respondeat illi tempori, cui Deus vult illam respondere. Adeoque præter voluntatem in Deo condendi aliquem non attendi et respici debet etiam illud tempus, cui rei ipsius existentiam suo decreto alligavit. Ab eterno igitur mundi creationem Deus decrevit pro tempore et in tempore faciendam. Quare divina voluntas in tantum est ratio sufficiens existentiæ mundi in quantum respexit ab eterno determinatum temporis momentum, quo existere inciperet: atque ex hoc patet, mundum neque antea existere, neque eternum esse debuisse. Profecto juxta doctrinam de principio rationis sufficientis, posita ratione sufficiente ponitur rationatum eo ipso momento, quo ratio sufficiens existit tunc tantum, quando hæc ratio aliud determinatum momentum non respicit; minime vero si ratio sufficiens aliud momentum requirat pro existentia rationati. Ceterum hæc argumentandi ratio nimis probaret, prout experientia patet; conficeret enim nos ipsos esse eternos, atque ab eterno extitisse etiam illos homines qui tantum seculo proxime futuro nascituri sunt. Quo tamen nil magis ridiculum, vel absurdum effingi potest.

Urgebis. Ens necessarium est etiam immutabile; atqui si mundus fuisset in tempore creatus ab ente necessario utique mutatum fuisset. Etenim ex non creante effectus fuisset creator. Sane cum adhuc mundus nondum existeret, Deus dici non poterat actu opifex mundi, sed tantum potentia. Porro cum causa transit a potentia ad actum, revera mutatur.

R. concedendo maj. et negando min. Mutationem quæ adducitur, dico denominationem Creatoris desumendam esse ex efficacissimo illo divinæ voluntatis decreto quo mundus effectus est quodque in Deo fuit a tota eternitate eodem modo quo tunc quando mundus cepit esse: Adeoque per mundi existentiam nihil omnino accessit Deo vel additum vel sublatum. Atque sub hoc sensu apparet Deum numquam cepisse esse conditorem mundi.

Quod si alicui placeat eum Mundi conditorem appellare precise ob existentiam mundi conditi, dabimus eum cepisse esse mundi conditorem, quin tamen aliquam in ipso mutationem contigisse admittamus. Agens est enim, quatenus agens est internam mutationem non subit (Ontologiæ cap. 4. num. 24 scolio 2.). Quare, ut inquit Divus Augustinus cum Deus novi quidquam molitur, novi dumtaxat aliquid extra Deum ponitur, cujus deinde respectu novi quidpiam de ipso dicitur. Tota igitur vera mutatio se tenet ex parte rei creatæ, quæ incipit existere. Hinc colligendum Deum dici debere actu opificem mundi a tota retro eternitate, si opificis nomen referatur ad eam divinam actionem quæ mundo tribuit existentiam: non fuisse vero mundi opificem nisi potentia antequam ipsum conderet, si opificis nomen a mundi existentia pendere ponatur, idque sine ulla interna sui mutatione juxta superius dicta.

Sive dici potest cum aliis, Deum ab eterno fuisse et actu simul et potentia opificem mundi, sed sub diversa ratione. Actu quidem spectata ratione interna, quæ consistit in eterno voluntatis decreto, et eterna suæ omnipotentiæ operatione. Potentia vero spectata ratione externa ob quam dicitur et est opifex mundi, quæque est mundus ipse ex nihilo prodiens vi eterni decreti voluntatis, et eternæ operationis omnipotentiæ.

Unde non alio sensu facit gradum a potentia ad actum, quamquam realis aut creata relatio per realem mundi existentiam ultimum obtinet complementum. Hoc autem verum

mut.

mutationem non inducit. Deus enim ab aeterno sua omnipotentia mundum operatus est pro tempore, aeternam modum sua voluntate ab aeterno illum voluit in tempore; atque ideo propter aeternam suam voluntatem, mundus non debuit esse aeternus neque per temporariam mundi existentiam [illegible] ulla in divina voluntate mutatio, sic neque per aeternam operationem omnipotentiae mundus debuit esse aeternus, neque per temporariam mundi existentiam aliquam mutationem subiit omnipotentia.

V. 5a
An mundus ab aeterno creari potuerit

Ceterum indigitare [illegible] quod attinet controversiam, quae in scholis agitatur quaeque adhuc sub judice pendula est num nempe potuerit Deus mundum creare ab aeterno? Suspensi haerent nonnulli neque ullam [illegible] partem: negant plures, inter quos Storchenau; affirmant aliqui recentiores post Vincenum et [illegible]arierum. Storchenau insistens definitioni creationis, statuit mundum, si creatus sit, aliquando non extitisse, e contra si aeternus sit, extitisse semper, atque demum concludit creationem mundi ab aeterno repugnare. Si enim, inquit ille, mundus creatus fuit, debuit ex nihilo duci adeoque a non esse ad esse transferri; si autem aeternus supponatur, semper debuit existere, adeoque numquam potuit a non esse transferri ad esse. Pugnant itaque ad invicem creationis et aeternitatis notione.

Affirmativae sententiae patroni aliam dant creationi significationem, et docent ad creationis naturam satis esse, si res creata neque a se existat, neque in alio praeexistente subjecto, sed indigeat causa efficiente, a qua obtineat existentiam itaque tam si ea antea non existeret, quam si existeret ab aeterno. Quod si eis opponatur creationem hoc modo cum conservatione confundi id negant ipsi nam conservatio, ajunt, supponit rem jam existentem; creatio autem etiam in posteriori hoc sensu efficit ut id existat, quod neque a se, neque in subjecto existit.

Sed ab alio hanc quaestionem [illegible] malumus, quam alterutrius partis defensionem suscipere in tanta temporis egestate. Id solum adnotamus, quod si creationis notio ita accipiatur, ut res creanda necessario supponatur antea non existens nullo pacto creatio censenda est ab aeternitate possibilis; quippe quia aliquid aliquando non extitisse, et aliquid a tota aeternitate existere sese invicem excludunt. Adnotamus quoque, quod etiamsi mundi existentia ab aeternitate possibilis adstrueretur per divinam omnipotentiam, id ad summum posset intelligi de entibus mundi permanentibus, seu simultaneis (4.) non vero de successivis, quae ut generentur, tempore indigent; haec enim cum oriantur et intereant, existunt cum antea non extiterint, adeoque nullatenus possunt esse aeterna.

S. Oxon.

A Deo igitur tum mundi forma descendit, tum mundana materia ex nihilo tum sui tum subjecti fuit educta. Sed inquirunt carnales quidam homines mundana haec materia nonne potuit emanare ex ipsa divina substantia? Nullo plane modo, prout facile colligi potest vel ex iis quae jam dicta sunt. Sane si id fieri potuisset necesse foret ut mundana materia vel esset ipsa divina substantia vel aliqua ejus particula, vel demum ex illa quovis alio modo derivare debuisset, at nihil horum esse potest. Non primum neque secundum. cum enim ex dictis mundi materia sit composita non ex unica, sed ex pluribus substantiis necessario constet oportet. Deus autem natura sua est unicus simplicissimus, infinitus, indivisibilis, prout in theologia naturali demonstratur. Sed neque tertium: etenim ex Ontologiae cap. 3 § num. 84 ab ente simplici ne simplex quidem aliud enasci potest, adeoque multo minus compositum, quale est mundus. Attamen absurdissima haec opinio non paucos habuit fautores, inter quos plurimos ex Pithagoreis, nec non Plotinum, Porphirium, Jamblicum inter juniores Platonicos, atque omnes quicumque hunc mundum tamquam immensum

eni

animal sibi effinxerunt. Sed non est, cur hoc monstrum fusius refutemus; cum enim a Pantheismo valde affine, iisdem argumentis convellitur quibus statim orrendam hujus impietatem demonstraturi sumus.

Panteismus sive omnideismus est nefandissima illa sententia, in qua omnia quæcumque sunt sive corpora sive spiritus, asseruntur esse Deum, sive ad divinam pertinere substantiam. N. 16. Quid Panteismus? Scolion.

Xenofanem satis non fuit, quod Deum sibi efformasset tamquam ens in tota rerum natura effusum; verum etiam ad summum enormitatis apicem attingendum devenit, ut unicam in mundo adstrueret substantiam æternam immutabilem, immobilem, sphericam, eamque Deum ipsum esse contenderet, sicut testatur Cicero academicarum quæstionum libro 2. Eandem quoque putant ennarratum fuisse a Parmenide, Melisso, Zenone Eleatis pervetusta est opinio quinimo eam placuisse etiam aliquibus tum ex Pitagoreorum, tum ex Stoicorum familia tradit Budeus. Verum Pantheistam omnium audacissimum se explicare non erubuit Benedictus Spinoza qui natus Amstelodami sæculo decimo sexto ex judæo christianus, et demum incredulus, absurditatis notionem, quantum in se erat, penitus evertendam in projectos et jacentes omnedolatorum cineres totis viribus insufflavit atque pestiferam hanc doctrinam omnimodo sophismatum apparatu exornare studuit in abominando suo opere cui titulus Ethica a Deo, postremum opinio ista pantheismi nomine, dicto spinosismus a restauratore suo nomen cepit. Verum, si Tollandum, e Rufelerium excipias, paucos omnino eosque nullius nominis sectatores nactus est Spinoza: fuit vero a pluribus insignibus scriptoribus egregie confutatus, inter quos sunt Clarckius, Huetius, Lamius, Jaquelotus et alii.

N. 17. Præcipua spinosismi capita

Spinozæ argumentatio est ferme ista. Substantia est id, quod in se (intelligit autem a se) existit: atqui solus Deus in se (idest a se) existit: ergo solus Deus est substantia. Deinde modus est id, quod in alio est, per quod etiam concipitur (idest prout ipse vult, modus est id quod a se non existit); atqui neque corpora, neque mentes neque quidquam aliud præter Deum existit a se: ergo præter Deum omnia sunt modi. Modi autem non possunt esse sine substantia in qua insint: omnia igitur formaliter inesse debent Deo, qui solus est substantia. Duo deinde attributa unicæ huic substantiæ tribuit, ex quibus cetera dimanare concipiuntur, extensionem nempe et cogitationem. Hinc infert primo corpora, ex quibus mundus constat, esse totidem hujus substantiæ modos in quantum est extensa; secundo mentes humanas esse ejusdem substantiæ modos in quantum cogitat; tertio hanc substantiam neque ab hoc mundo, neque a qualibet re in mundo existente esse distinctam. Ut ista non minus absurda quam impia doctrina melius refutetur, statuatur sequens

N. 18. Propositio

Non unica, sed plures existunt in rerum natura substantiæ.

Prob.

156 Prob. illa quæ simul consistere nequeunt, in eodem subjecto esse non possunt: atqui plurima sunt in rerum natura, quæ simul consistere nequeunt: ergo in eodem subjecto simul esse non possunt, adeoque non unica, sed plures existunt in rerum natura substantiæ. Mai. est certa: quæ enim sese mutuo excludunt et destruunt, de eodem subjecto secundum eundem respectum prædicare repugnat. Minor prob. Inter corpora unum est sphericum, et aliud cubicum: unum movetur, et aliud quiescit; unum versus ortum, et aliud tendit versus occasum. Ex mentibus una novit, quod altera ignorat; una recordatur, cum altera oblita est; una id amore prosequitur, quod altera odio habet; una gaudet, cum altera mæret &c. Atqui esse simul sphericum et cubicum, moveri et quiescere in oppositas partes eodem momento tendere, nosse et ignorare, recordari et oblivisci, amare et odisse, gaudere et mœrere in eodem subjecto stare plane non possunt: ergo &c.: igitur non unica, sed plures &c.

Deinde si unica in rerum natura existeret substantia, nempe Deus, prout Pantheistæ cum Spinoza contendunt, hæc jam non Deus, sed potius nefandissimum monstrum dicenda foret. In hypothesi enim, quod omnia quæcumque sunt aliud non sint, quam totidem hujus substantiæ modificationes, Deus hic esset natura sua simplex, quia cogitaret; et simul esset necessario compositus quia foret extensus, atque adeo neque habendus esset tamquam necessario infinitus, immutabilis, quamquam hæc attributa esse ei essentialia nemo ambigat. Si omnia ex Deo tamquam unica substantia profluerent, et essent totidem ejus modificationes, quidquid fit et est, vocari posset Deus certa ratione modificatus: adeoque Deus dici posset quidquid oritur, vivit et deficit. Deus quidquid manducamus, quidquid tangimus, quidquid calcamus. Deus quod abjectissimum et spurcissimum est. Præclarus iste Deus ægrotaret, doleret, irasceretur; ipse seipsum negaret in Atheis, blasphemaret in incredulis, irrideret in impiis; peccata prohiberet et committeret; religionem mandaret et aspernaretur. In Deo essent enormissima quæque scelera et flagitia quæ falsis suis divinitatibus Ethnici adscribere non erubuerunt. Horrenda dictu! a quibus animus refugit et abhorret.

Sed major systematis Pantheistarum et Spinozæ absurditas adhuc luculentius elucescit ex ineluctabili quam statuunt omnium rerum necessitate promanante ex ipsa natura substantiæ divinæ. En verba ipsius Spinozæ Ethicæ cap. 1. propositione 16. "Ex necessitate divinæ naturæ infinita infinitis modis, hoc est omnia, quæ sub intellectum cadere possunt, sequi debent". Ex quibus verbis liquet tolli in hac sententia omnem primæ causæ libertatem atque adeo libertatem humanam, et omnium rerum contingentiam: sublata enim destruitur primæ causæ libertas nulla profecto ex causis secundis libera dici poterit. Verum libertatem divinam in Theologia naturali, libertatem vero humanam in Psicologia vindicabimus. Execranda Spinozismi doctrina satis pro more refellitur ex superius demonstrata mundi et materiæ contingentia.

Corrollarium. Est igitur non minus impium, quam absurdum Spinozisticum fatum, de quo Ontologiæ cap. 4 num. 73.

Scholion. Etsi hactenus dicta satis sint ut radicitus convellant spinozisticam doctrinam, tamen priusquam obviam eamus male conflatis argumentis quibus vafer ille Spinoza nostro in tempore afflat, non abs re erit vitia principiorum quibus innititur detegere. Ethicæ parte prima definitione 3., "per substantiam, inquit, intelligo id, quod in se est, quod per se concipitur; hoc est id, quod non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat." Deinde ibidem definitione 5. "per modum ait, intelligo substantiæ affectiones, sive id quod in alio est per quod etiam concipitur." Istæ definitiones substantiæ et modi cum sint solus, cui tota innititur Spinozæ argumentatio, fundamentum, expendantur. Cum dicendo substantiam esse id quod in se est Spinoza intelligit substantiam ita in se subsistere ut non indigeat subjecto in quo recipiatur, et quidem per oppositionem ad modum, qui existit in alio tamquam in subjecto, optima est hæc substantiæ definitio, et illa ipsa, quam etiam nos cum communi Philosophorum dedimus Ontologiæ cap. 4. num. 54. Ex

sub.

Substantia autem hoc modo accepta nihil commodi percipit Spinoza: patet enim plurima exis- 15
tere quæ non indigent subjecto, in quo recipiantur seu cui inhæreant, et tamen habeant causam effici-
entem ad existendum. Si vero ex verbis supra positis arguat Spinoza substantiam esse ens neces-
sario existens, quod nullam habeat causam efficientem; hæc substantiæ definitio nulla est, et ab
omnibus Philosophis reprobata, quibus ad substantiæ naturam satis est in genere, quod non habeat
opus subjecto cui inhæreat ut existat, sive deinde a se, ut Deus, sive existat ab alio, ut omnia crea-
ta. Porro secundum hunc pravum sensum Spinozæ arridere manifestum fit ex toto suorum argu-
mentorum apparatu et præcipue ex propositione 7, et ex probatione propositionis 2, ex qua apparet
Spinozam, dum ait, se per substantiam intelligere id quod per se concipitur, hoc est id, cujus conce-
ptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat, velle substantiam a nulla re tamquam
sui causa pendere, et nihil omnino esse substantiam quæ tamquam effectus ab aliqua causa depen-
deat, adeo ut per se pateat in Spinozæ sensu non posse esse substantiam nisi id quod a se existit.

Sed est etiam æquivocationis plena definitio modi, quam exhibet Spinoza. Nos cum ceteris scholæ
Philosophis diximus Ontologiæ cap. 4. num. 58 modum jure dici ens esse quidquid in alio tamquam
subjecto existit, seu quod indiget alio subjecto cui inhæreat ut existat. Spinoza autem cum semel
præstituerit substantiam dici non posse nisi id, quod a se existit, et a nulla re tamquam causa pen-
det, suam modi definitionem sic exponit, ut per modum intelligat quidquid a se non existit, sed ab alio
pendet. Atque sic ex falsis principiis et contortis definitionibus monstruosum suum sistema compilavit.
Mirum proinde non est, quod impius iste Pseudo Philosophus methodo geometrica in suis demonstratio-
nibus abusus sit. Etenim si quis primo definiat circulum tribus constare lateribus, poterit utique pul-
cherrimum condere sistema, cujus tamen propositiones omnes, utpote falsis innixæ principiis a ve-
ritate toto cælo aberrabunt. Sed jam ad sophistica Spinozæ commenta diluenda deveniamus.

N. 19. Occurritur objectionibus.

Objicies primo. Substantia dicitur id, quod in se est, et per se concipitur; atqui unica hujus-
modi substantia potest existere. Si enim plures esse possent, una produci deberet ab alia, atque a-
deo amitterent essentiam substantiæ quæ in definitione reponitur in eo, quod sit in se et per se con-
cipiatur: ergo. Deinde conceptus substantiæ non indiget conceptu alterius rei a quo formari de-
beat; at si substantia produci posset, sane indigeret conceptu alterius rei, a quo formari deberet.

R. Utraque hæc difficultas refertur ad gratuitas et numquam probatas Spinozæ definitiones. Tam
prima vero, quam secunda evanescit, si attendantur ea, quæ de substantia diximus Ontologiæ cap.
4. num. 54 et 55. Nempe per substantiam intelligimus id quod in se est et per se concipitur, hoc
est quod non indiget alio, cui tamquam subjecto inhæreat; minime vero id quod a se existit et ne-
que creatore indiget, neque conservatore. Substantiæ conceptus est quidem absolutus, si ea præcise
spectetur, qua substantia: est autem relativus, si consideretur, quatenus est creatura. Porro quam-
vis conceptus relativus indigeat conceptu Creatoris aut conservatoris, eo tamen non indiget
conceptus substantiæ absolutus.

Objicies secundo. Deus est substantia infinita: substantia autem infinita absorbet in se omnem
cujusvis perfectionem. Profecto Deus omnes in se perfectiones formaliter contineat oportet: nihil
enim ei deesse dicendum est, quod ipsum perfectiorem reddere possit. Porro cum perfectiones
perficiant rem, in qua insunt, cumque sive in corporibus sive in mentibus sint aliquæ veræ et
propriæ dictæ perfectiones, palam est eas omnes Deum in se formaliter continere debere, et esse

dus

sue naturæ proprias.

R. Substantia infinita complecti quidem debet omnes perfectiones infinitas; attamen non idcirco absorbet omnem entis rationem ita ut easdem numero contineat perfectiones, quæ sunt in rebus creatis. Infinita nempe realitas est in Deo quatenus in se complectitur omnes possibiles perfectiones intensive infinitas, quibus nihil admixtum est imperfecti. Illas vero perfectiones, quæ imperfectionem aliquam redolent, non formaliter, sed eminenter in se continet Deus. Confer Ontologiæ caput 4 numerum 89. Etiamsi igitur aliæ præter Deum existant substantiæ, tamen nihil de Deo negatur ex iis, quæ sunt vera perfectio. Imo si Deus formaliter idest juxta propriam formam et naturam contineret in se omnem entis rationem, evaderet turpe aliquod divinitatis portentum juxta dicta in probatione propositionis, et constaret iis, quæ sese mutuo excludunt. Adde quod cum creaturarum perfectiones finitæ sint, si istæ essent formaliter in Deo jam cessaret esse intensive infinitus et aliqua in eum caderet imperfectio. Ergo ex creaturarum perfectionibus nihil Deo detrahitur neque ex iis perfectior fieri potest cum illas omnes eminenter complectatur.

Objicies 3. In rerum natura non possunt dari plures substantiæ quin hæ sint aut ejusdem attributi aut diversorum attributorum (attributum Spinozæ est id quod mens percipit de substantia tamquam constitutivum ejusdem essentiæ) atqui neutrum dici potest ergo etc. Si enim sint ejusdem attributi, cum eadem attributa eandem denotent substantiam jam non sunt plures, sed una eademque substantia. Si vero sint diversorum attributorum, vel attributa ista sunt essentialia, vel accidentalia: si primum, istæ non sunt substantiæ quia essentialiter differunt; si secundum earum diversitas cum sit non nisi accidentalis, non facit, ne sint una et indivisibilis substantia.

R. Plures existunt substantiæ tum ejusdem attributi, quin una evadat altera, tum diversorum attributorum, quin desinant esse substantiæ. Existunt quidem plures substantiæ ejusdem speciei, non autem numero attributi e. g. Spinoza et Tolandus qui sunt duo ejusdem speciei individua, quin sint una eademque numero substantia. Existunt etiam plures substantiæ diversorum attributorum e. g. animal et planta quin tamen alterutra desinat esse substantia, nam neque animal neque planta quidquam indicat subjecto cui inhæreat. En quomodo ambiguitas extricatur, et fallacia dignoscitur hujus Spinozianæ propositionis quam Baylius vocat præcipuum hujus systematis fundamentum. Sed recusitis hic auctor quo pessime argumentatur contra substantiarum multiplicitatem, ut manifesta sua absurditate et dogmatum repugnantia seipsum confutet. Profecto si vis concludendi tribus vellet propositio argumento erit inferendum neque plures modos in rerum natura dari posse. Sic enim ratiocinari licet Si darentur plures distincti modi vel ex diversis attributis, vel ex diversis affectionibus essent distinguendi juxta Spinozæ doctrinam. Si ex diversis attributis: ergo nonnisi unicus datur ejusdem attributi modus. Si ex diversis affectionibus cum modus sit prior affectionibus, separatis affectionibus ipsis et modo in se vere considerato, non poterit conciti ab alio distingui, adeoque nonnisi unicus dari poterit modus. Quod tamen negare cogitur vel ipse Spinoza.

Caput secundum.

De corporibus, et primis eorum elementis.

Ut mundi corporei proprietates magis magisque elucescant atque ut majori certitudinis fundamento nitatur deinde sermo instituendus de humana mente, corporum natura in genere apposite videtur esse pertractanda.

§ 20
Quid corpus.
Latia, quæ sensibus percipiuntur et ex quibus mundus hic adspectabilis coalescit, corpora nuncupantur istud autem materiam inter et corpus discrimen intercedit, quod sub materiæ nomine veniunt in genere omnia solida et extensa, ex quibus corpora componuntur; per corpus autem intelligitur determi-

minuta materiæ portio constituens determinatam aliquam rem.

Corpora igitur sunt entia composita, quæ constant partibus certa ratione conjunctis, adeoque possunt generari et corrumpi. Ontologiæ cap. 5. num. 83. Corollarium.

N. 21 Propositio 1.

Corpus non est divisibile in infinitum.

Prob. Materia ex qua corpora consurgunt, est contingens (cap. 1. num. 10.): ergo etiam corpora sunt contingentia. Quidquid est contingens, est etiam mutabile (Ontologiæ cap. 5. num. 81. corollario) ergo corpora sunt mutabilia. Quidquid est mutabile, est etiam finitum (Ontologiæ cap. 5. num. 77. corollario): ergo corpora sunt finita. Quidquid est finitum, constare debet partibus finitis: ergo corpora constant partibus finitis. Quod constat partibus finitis non potest dividi in infinitum: ergo corpora non sunt divisibilia in infinitum. Sane præter quam quod numerus realis partium actu infinitus repugnat, vel ipsa mutatio status et nexus quam facile est cernere in corporibus, satis indicat ea esse finita, ac proinde infinitis partibus constare non posse. Sermo autem est de infinito reali, non de ideali et mathematico.

Dum igitur in corporum divisione a partibus majoribus ad minores passim proceditur, deveniendum tandem est ad partes indivisibiles, quæ ulterius nequeant resolvi, atque ab istis compositio incipiat oportet. Corollarium

N. 22. Quæ corporum elementa et corpuscula primitiva et derivativa?

Minima illa entia ex quibus corpora primo coalescunt, et in quæ seu cogitatione seu divisione ultimo resolvuntur, materia prima, seu corporum elementa nominantur. Subtilissimæ particulæ quæ ex elementis primo conformantur, corpuscula primitiva; particulæ paulo majores, quæ ex primitivorum conjunctione descendunt, corpuscula derivativa audiunt.

N. 23. In quo reponenda corporis essentia?

Corporis essentia collocanda est in indole elementorum et modo quo ea junguntur. Corpora enim constant ex elementis ex quibus primo coalescunt, et in quæ denique resolvuntur. Porro compositi essentia sita est in indole partium et modo, quo istæ connectuntur, prout patet ex notione compositi (Ontologiæ cap. 5. num. 82.).

Perscrutaturus igitur corporum essentiam cognoscat oportet primo elementorum naturam, deinde modum, quo inter se copulantur. Tertio perspiciat, quomodo ex elementis corpuscula primitiva conflentur; quarto quomodo ex primitivis derivativa efformentur, ac demum quomodo ex derivativis primo moleculæ majores, deinde partes sensibus subjectæ, tandem integra corpora coalescant. Corollarium

N. 24. Propositio 2.

Essentia corporum a nobis perspici non potest.

Prob. Ad id requireretur ex corollario post num. præcedentem prima elementa et modum quo hæc connexa sunt perspicere, atqui hæc perspici a nobis non possunt, ergo etc. Minor prob. Notitiam hanc acquirere deberemus ope sensuum; atqui sensus nostri et infirmiores sunt et pauciores numero, quam ut sufficiant ad ea sibi repræsentanda quæ ad minimas corporum partes et earum nexum pertinent, ergo etc. Major est certa apud omnes. Minor probatur invicte ex quotidiana constanti experientia, qua docemur sensus nostros etiam quorumvis instrumentorum ope ineptos esse ad sibi sistendas minimas corporum partes. Profecto si novis sensibus repente donaremur, ubique novarum perceptionum in quolibet corpore, de quibus nunc ne suspicamur quidem, atque illud ipsum nobis contingeret, quod cæco a nativitate, cum primum luci oculos aperit. Præterea sensus, quibus instruimur, adeo sunt infirmi ut ad summum earum impressionum sint capaces, ex quibus in nobis ex-

cit

citantur notiones caloris, soni, duritiei etc: quæ quidem affectiones non tam corporum naturam, quam externum (ut ita dicam) eorum corticem nobis exhibent.

N. 25. Generalissimæ corporum proprietates.

Quamquam minime fateamur corporum essentiam pervidere; tamen physica experimentalis manifestissime comprobat in omnibus corporibus, quæ observationi et experientiæ subjacent, deprehendi ea ita existere, ut primo integrum spatium occupent: hanc proprietatem dicimus extensionem. Secundo ut ab uno loco in alium transferri possint: hanc vocamus mobilitatem. Tertio, ut nullum in eodem alterius loco consistere possit neque cum alio commensurari quacumque celeritate et vi in se mutuo impingant: hanc appellamus impenetrabilitatem. Quarto ut sibi relicta cadant aut impedita nitantur deorsum: hanc nominamus gravitatem. Quinto, ut in minutissimas partes resolvi possint et patiantur: hanc nuncupamus divisibilitatem. Sexto demum, ut ea sint inter se valido nexu constricta et cohæreant, atque hanc cohæsionis vocabulo donamus.

N. 26 Propositio

Corporum impenetrabilitas, gravitas et mobilitas in ipsa elementorum natura fundantur.

Prob. Istarum proprietatum ratio sufficiens vel est in corporibus quatenus sunt composita vel in modo quo eorum elementa junguntur, vel in ipsa natura elementorum, quæ substantiam corporum constituunt; atqui hæc neque inest corporibus quatenus sunt composita, neque sita est in modo, quo eorum elementa junguntur: ergo etc. Major est certa: non enim aliunde quam ex altero horum capitum repeti potest harum qualitatum ratio sufficiens. Minor prob. Si dictæ proprietates rationem sufficientem haberent in corporibus quatenus sunt composita aut in modo, quo eorum partes junguntur, deberent eas pendere a numero, situ et nexu partium. Atqui ab iis non dependent. Quæcumque enim fiat mutatio in numero combinatione, et conjunctione partium, istæ proprietates nullimode immutantur. Sane experientia nos edocet corpora omnia cujuscumque massæ et magnitudinis eodem modo gravitare in vacuo boileano; nos edocet corpora diminuta æque ac aucta fluida æque ac solida esse impenetrabilia mobilia gravia: ergo harum proprietatum ratio sufficiens in ipsa elementorum natura fundata esse dicenda est.

Scolion.

Illæ corporum proprietates, quæ ex sola natura elementorum oriuntur, atque in corporum substantia fundantur, [illegible] absolutæ; ceteræ vocantur comparativæ quia et notione compositi, aut compositionis modo procedunt.

N. 27. Aliæ corporum qualitates

Sunt et aliæ corporum affectiones partim comparativæ seu relativæ, quæ tamen non omnium sunt omnino. Sunt autem duritiei, mollitiei, elasticitas, fluiditas, soliditas, fragilitas, et friabilitas. Durum dicitur corpus cujus partes aut nunquam vel nonnisi summa vi [illegible] facultate propria se moveri et sedimentum [illegible] est adamas. Molle dicitur illud cujus partes pressioni facile cedentes servant deinde novam positionem et formam quæ ipsis datur, quemadmodum contingit in creta et in cera. Dicitur elasticum cujus partes cedunt utique pressioni sed ista sublata recipiunt denuo primitivam positionem et formam, velut mola calibis. Dicitur fluidum cujus partes aliæ super alias delabuntur quoties earum equilibrium sublatum est neque consistunt donec in equilibrio denuo restituantur, sicut aër aqua ignis. Dicitur solidum seu consistens, cujus partes propriam positionem et formam ita retinent ut eam non immutent nisi vi agente externa - tale est lignum, lapis etc. Dicitur fragile cujus partes facillime separantur, et in frusta abeunt, velut vitrum. Dicitur friabile, cujus partes facile in pulvisculum redduntur velut terra [illegible].

Scolion

Dicturi jam de primis corporum elementis ingenue fateamur oportet nos hujusce rei documentum, quod nihil certi, scimus corpora pluribus constare partibus nos convincunt sensus ipsi, quorum

... corum more videmus et tangimus, et continuant etiam partes istas inter se esse conjun-
ctas. Insuper experientia nos docet certos corpora usque ad certum terminum dividi et subdi-
vidi posse. Ex eadem quoque experientia constat aperte nos in corporum divisione eo tan-
dem devenire ut eas, quae supersunt partes, jam neque artis neque naturae viribus possimus
ulterius dividere, adeoque partes quae supersunt, sint phisice indivisibiles. Hinc positive asti-
mare non audemus num Deus primo solida et extensa elementa procreaverit vel potius inextensa
condiderit, ut inde modo nobis ignoto ex illis coalescerent ista, quae tamquam extensa sensibus
nostris subjiciuntur. Attamen quid probabilius nobis videatur aperiemus, cum prius aliqua prae-
miserimus.

Geometricae corporum dimensiones sunt longitudo, latitudo, et altitudo, sive profunditas. N. 28 Quae, dicuntur superficies, linea et punctum
Quidquid longum est latum et profundum, apud ipsos dicitur solidum: in qua notione non in-
cludunt impenetrabilitatem, quia respiciunt solam quantitatem continuam, nempe extensione.
Longitudo et latitudo sine profunditate dicitur superficies. Sola longitudo sine latitudine dicitur
linea, quae oritur fluxu puncti vestigia sua continenter relinquentis. Id vero, quod neque ha-
bet longitudinem, neque latitudinem, neque profunditatem, seu cujus nulla pars est, dicitur pun-
ctum. Jam inquirendum venit, utrum prima corporum elementa sint phisice simplicia et
inextensa, quae scilicet omnino careant partibus realiter distinctis, quarum aliae sint extra ali-
as.

Docuit Pithagoras rerum principia esse unitates et numeros. Quid per numeros et per unitates N. 29.
intellexerit, non est compertum: est tamen valde probabile unitates ipsi dictas atomos, ex quibus Philosophorum
mundus coaluit, numeros autem ordinem et nexum atomorum. Ideo neque pr[illegible] constat, utrum sententiae.
per atomos entia simplicia, vel potius composita indicare voluerit.

Leibnitius, cui Wolphius accedit, substantias omnes appellat monades easque in quatuor veluti
classes partitur. Ad primam classem refert Deum, quem monadem perfectissimam vocat; ad secun-
dam mentes humanas; ad tertiam animas brutorum; ad quartam demum prima corporum
elementa. Monades, ex quibus corpora consurgunt, atomi naturae appellantur a Wolphio et di-
cuntur praeditae vi motrice et activa, quae earum [illegible] indolem constituit et ita determinat
ut ejus ope una ab altera distinguatur, neque una sit alteri prorsus similis. Ex istis naturae at-
tomis seu monadibus, quae a Zenone dicuntur etiam puncta Zenonistica, componentes sunt atomi
materiales seu particulae minutissimae et firmissimae atque ex iis quaevis alia corpora quae pror-
sus non sunt nisi entium phisice simplicium aggregata. Et quamvis simplicia haec entia sese mutuo
tangant, tamen, ajunt hi Philosophi, non compenetrantur, quia ex [illegible] [illegible] actione et
reactione compenetratio stricte talis impeditur.

Pater Rogerius Josephus Boschovich, prima corporum elementa vocat puncta [illegible]
eaque astruit esse simplicia indivisibilia et inextensa. Non tamen concordat in omnibus cum
Leibnitio et Wolphio. Statuit haec puncta esse omogenea seu ejusdem naturae, contendit ea non
devenire ad immediatum contactum adeoque negat tum ipsorum tum quorumcumque cor-
porum matematicam continuitatem (Ontologiae [illegible] 8. num 82.) simplicibus
hisce punctis tribuit vim repulsivam seu determinationem recedendi ab invicem in
minimis distantiis et vim attractivam, seu determinationem accedendi ad invicem in distan-
tiis majoribus.

Geometræ demonstrant, nedum solidum et superficiem quamvis, sed etiam simplicem lineam esse in infinitum divisibilem. Plures item Philosophi post Peripateticos exhauriri non posse materiæ divisibilitatem contendunt, adeo ut post factam quamcumque divisionem extensas superesse velint, materiæ partes. Hinc rejicientes puncta Zenonistica et monades Leibnitianas simul cum Boscovichianis elementis materiam in infinitum dividuam esse sustinent. Nobis tamen arridet præ omnibus Boscovichiana teoria, cum qua sit.

N. 30 Propositio 4.

Elementa corporum sunt entia simplicia et inextensa.

Prob. prima pars. Corpora sunt entia composita, atqui in compositorum resolutione ad simplicia tandem deveniendum est, ergo elementa etc.

Minor prob. In compositorum resolutione tandem ad simplicia deveniendum est, ex quibus compositum exurgat, si aliter neque distincta notio compositi obtineri posset, neque explicari quid et cujus naturæ sint entia constituentia compositi partes; atqui res ita se habet: ergo etc. Sane cum quodvis ens vel simplex sit vel compositum (Ontologiæ cap. 5 num. 82 cor. 1.) si corporum elementa non dicantur simplicia, esse debebunt composita. Interroganti igitur quid et cujus indolis sint entia quibus compositum constat, id unum responderi poterit, ea quoque esse entia composita, sed minora: et si rursus quæratur, quid sint partes horum minorum entium compositorum, denuo respondendum erit etiam ipsa esse entia composita, sed rursus minora: atque sic deinceps esset quæstio infinities repeteretur. Quare homini in infinitum esset procedendum, quin unquam compositi partes vere cognoscerentur, nec ulla ejus ratio sufficiens assignaretur. Porro nihil omnino est sine ratione sufficiente (Ontologiæ cap. 1. num. 18): ergo entia composita ex simplicibus constant, atqui hæc sunt quæ dicimus corporum elementa ergo etc.

Prob. secunda pars. Id physice simplex partibus careat oportet realiter distinctis (Ontologiæ cap. 5 num. 82), atqui quod partibus caret est inextensum; ad extensionem enim requiritur existentia partium unitarum extra se positarum; ergo elementa corporum sunt inextensa. Imo corporum elementa neque possunt habere partes aliquas mente assignabiles, figuram, magnitudinem, aut extensionem virtualem, qua unum et idem elementum possit esse totum in spatio extenso, et totum in qualibet spatii parte, quemadmodum inter scholasticos sunt, qui animam humanam ita se habere putant. Partes enim mente assignabiles vel sunt revera in ente simplici, vel a mente tantum confinguntur. Si primum, ergo ens illud non est physice simplex, quod est contra hypotesim. Si secundum, ergo quemadmodum hæ partes essent immaginariæ, sic compositio quoque et extensio foret immaginaria. Hoc autem est extra rem, eo quod hic sermo est de extensione et compositione reali et solida, qualis corporibus convenit. Porro ponamus elementum physice simplex et impenetrabile esse eodem tempore in duobus distinctis spatii punctis, quæro an quod est in uno puncto spatii sit illud ipsum, quod est in altero, nec ne? Si non est: igitur erunt duæ distinctæ substantiæ atque adeo illud elementum non erit physice simplex, de quo hic sermo est.

Si

Si autem est illud ipsum: ergo eâdem momento substantia, cum existat eodem tempore in distinctis spatii punctis, erit naturaliter replicata, quod tamen ex omnium philosophorum consensu repugnat.

Quę igitur de ente simplici generatim dicta fuere Ontologię cap. 5 num. 82 et 84, rite applicantur etiam elementis corporum. Corrollarium 1.

Elementa sunt substantię (Ontologię cap. 4 num. 54) adeoque corpora sunt aggregata substantiarum inter se certo modo conculcatarum. Corrollarium 2.

Elementa corporum numquam se invicem contingunt: secus enim compenetrarentur quoniam in uno spatii puncto existerent. Debent igitur ita distare ab invicem, ut ex iis nullum continuum mathematicum constitui possit (Ontologię cap. 5. num. 83) Corrollarium 3

Elementa corporum, cum sint inextensa, seorsim sumantur neque figuram neque magnitudinem habent; atque adeo elementum unum neque magnitudine neque figura potest ab alio secerni. Corrollarium 4.

Eadem hęc elementa dici possunt perfecte similia. Nam si sunt ęque simplicia, similem etiam entitatem habeant oportet. Eorum pariter vires et leges similes in singulis sint necesse est quia cum entitate substantię proportionem habere debent. Atque hinc observamus, gravitatem in corpore ceteris paribus augeri vel minui ea proportione qua in eo augetur vel minuitur materię quantitas. Ergo si elementorum intrinseca sunt perfecte similia, etiam elementa ipsa jure dici possunt perfecte similia inter se. Quare vocari poterunt omogenea; quoniam cum sint perfecte similia, procul dubio sunt etiam ejusdem naturę. Corrollarium 5.

Sed plures sunt, qui contra stabilitum theorema et corollaria inde deducta insurgunt plurima, et pręcipue ea, quę sequuntur, objicientes. N. 31. Occurritur objectionibus.

Objicies 1. Corpora sunt extensa; atqui ex entibus simplicibus plane inextensis nequit exurgere extensum. Certe si neque possumus efformare ideam puncti simplicis et plane inextensi multominus concipere possumus ortum entis compositi ex ejusmodi punctis simplicibus et inextensis.

R. Ex entibus simplicibus plane inextensis, quę impenetrabilitate careant, nequit quidem exurgere extensum; sed utique potest exurgere ex elementis, quę eadem gaudeant. Etenim per impenetrabilitatem, quę est absoluta elementorum proprietas efficitur ut nullum cum alio ad mutuum contactum perveniat sed singula in singulis et diversis locis existant atque ita definitum aliquod spatium occupent cum autem definitum occupant spatium ea extensum constituunt. Damus equidem nos per ideas adventitias quę sensuum auctas sine reflexione non posse nobis efformare ideam puncti inextensi: id tamen obtinere nos posse contendimus adhibita reflexione ideas omnes, inquit Boscovichius saltem eas, quę ad materiam pertinent per sensus accipimus. Porro sensus nostri numquam potuerunt percipere singula elementa, quę nimirum vires exerebant nimis tenues ad movendas fibras et propagandum motum ad cerebrum: majoris indiguerunt sive elementorum aggregato quę ipsas impellerent collata vi. Hęc omnia aggregata constabant partibus; quarum partium extremę semper hinc et inde debebant a se invicem distare per aliquod intervallum, nec ita exiguum. Hinc factum est, ut nullam umquam per sensus acquirere potuerimus ideam pertinentem ad materiam, quę simul et extensionem et partes et divisibilitatem non involveret. Atque idcirco quotiescumque punctum nobis animo fingimus nisi reflexione utamur, habemus ideam globoli cujusdam perexigui, sed tamen globoli rotundi habentis binas

superficies, oppositas distinctas. Quamobrem ad concipiendum punctum indivisibile et inex: tensum, non debemus consulere ideas, quas immediate per sensus hausimus, sed eam nobis debemus efformare per reflexionem, etc. Subinde declarat quomodo per reflexionem fieri possit, ut idea puncti realis quamvis inextensi obtineatur, "profecto geometrae, inquit pater Horvat contrahendo verba Boscovichi, efformant ideam indivisibilis et inextensi puncti: ut adeo prima Eu: clidis definitio sit haec: punctum est, cujus nulla pars est. Concipe igitur id genus punctum ma: tematicum ad existentiam pervenire, tum certis viribus instrui, et ideam inextensi materiae puncti efformasti".

Objicies 2. Neque ex punctis zenonisticis, neque ex mathematicis neque ex monadibus Leibni: tianis potest conflari ens extensum: ergo neque ex punctis boscovichianis.

R. concedendo antec. et negando consequentiam. Quamvis enim omnia puncta boscovichiana sint simplicia et omni extensione destituta aeque ac puncta zenonis, Leibnitii, vel etiam mathe: maticorum; tamen magnum inter ea intercedit discrimen. Namque zenonis puncta non concipiebantur ullis viribus praedita, quae mutuum eorum attactum impedirent; adeoque extensum debuisset o: riri ex inextensis, quae sese mutuo contingerent absque compenetratione. Atque idipsum dicendum de monadibus Leibnitianis. Nam praeter quam quod Leibnitius suis monadibus multas, quae sustineri non possunt, tribuat proprietates, scilicet vim obscure sibi repraesentandi universum, internum omnium mutationum principium, quemdam appetitum et dissimilitudinem quia ne bina quidem ex om: ni parte similes esse patet; contendit etiam non secus ac zeno ex inextensis sese vere contingentibus corpus extensum posse conflari. Puncta mathematicorum sunt mere immaginaria, ac proinde non solum nullis viribus praedita, verum neque existunt extra cogitationem. Sed puncta boscovichiana quae nos statuimus pro corporum elementis, et existunt revera, et suis etiam viribus pollent.

Objicies 3. Quae continuo dividi possunt ulterius usque in infinitum, simplicia esse non possunt; atqui talia sunt corpora omnia: ergo in eorum resolutione numquam devenire potest ad entia simplicia et inextensa. Minor prob. ex omnibus Geometris, qui passim demonstrant quodvis soli: dum sive quodvis corpus geometricum dividi posse in plana infinita, et planas in infinitas lineas. Porro nihil obstat quominus a pari dicamus etiam corporum divisionem in infini: tum continuari posse.

R. negando min. Ad probationem respondeo disparitatem esse inter haec duo. Nam Geo: metrarum solida et plana, sunt continuum stricte tale, cujus divisibilitas in infinitum solidis: sime demonstratur in Geometria. E contra continuitas quae in corporibus cernitur, non est stricte talis quamvis ob ex ensum hebetudine talis nobis esse videatur. Hoc igitur argumen: tum ad nos non pertingit.

Instabis 1. Si corpora non sunt continua stricte talia, eorum elementa inter se non cohae: rent, sed ob vim eorum aliquo, saltem exiguo intervallo distant; atqui id cujus partes aliquo inter: vallo ab invicem distant dicitur non cohaerere. ergo. Sane elementorum coesio est impercepti: bilis sine mutuo, vero, et immediato contactu: adeoque si distant inter se nullo modo possunt cohaerere.

R. concedimus corporum elementa exiguo saltem intervallo ab invicem distare, et negamus inde consequi quod inter se non cohaereant. Sed neque est imperceptibilis cohesio ista sine mutuo, ve: ro immediato contactu. Imo potius percipi nequit, quomodo elementa sese mutuo contingen: tia possint extra se invicem consistere quin compenetrentur. Profecto immediatus iste contactus

ad

à elementorum cohæsionem nihil potest conferre. Cum enim sint partibus destituta, non possunt copulari per mutuam partium implexionem. Quinam igitur erit usus hujus contactus? Estne credibile ea solo simplice contactu sine alio vinculo tantam obtinere cohærentiam, quantam inter corporum partes deprehendimus? Quare ergo solo contactu non cohærent inter se etiam omnia alia corpora, quæ vulgo continua esse videntur, velut aqua, metalla liquefacta &c.? Quod si alia præter contactum causa requiratur ad elementa consocianda, cur illa non poterit efficere istud sine illo contactu? Ad concipiendam igitur elementorum cohærentiam non requiritur immediatus contactus, imo ob eorum impenetrabilitatem potius excluditur.

Objicies 2. Sensus sæpius exhibent duo corpora inter se adeo contigua, ut nullum inter ea detegi possit intervallum, quo separentur: Porro ista sunt contigua adeoque tum inter corpora, tum inter corporum elementa datur contiguitas.

Respondeo concedendo maj. et distinguendo min. Sunt contigua physice, concedo; sunt contigua mathematice, nego. Sensus hac in re non magis possunt esse testes ac in detegenda corporum porositate. Nonne enim pleraque corpora tam solida, quam fluida ita exacte continua exhibent, ut eorum partes nullo modo a se distare, neque ulla vacua intervalla inter se relinquere videantur? Attamen ex invictis experimentis constat non modo nulla esse corpora, quæ poris omnino careant, sed etiam saltem in plerisque plus esse vacui, quam propriæ massæ [illegible] realis. Sed supponamus duo corpora esse omnino contigua: hæc certe duo occupabunt spatia, adeoque totidem diversa loca, quot elementa in illis existunt. Igitur non tam corpora sibi erunt contigua, sed tantum pauca elementa in extimis superficiebus collocata. At num hoc fiat nec ne, sensus nos edocere nequeunt, eo quod elementa seorsim sumpta sensibus non subjiciuntur. Igitur ex argumentis supra adductis asserendum est, neque elementa neque corpora ipsa accurata sese [illegible] contingere posse.

Objicies 4. Corpora sunt extensa; [illegible] sunt elementa extensa, in[illegible] [illegible] eadem ratione qua ex corporum impenetrabilitate [illegible] impenetrabilitas elementorum, etiam ex corporum extensione arguenda est elementorum extensio: atqui ex corporum [illegible] [illegible] &c. ergo etiam ex corporum extensione &c.

R. neg. min. [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] impenetrabi[illegible] enim pertinet proprietates [illegible] quæ a nulla compositione, vel modo compositionis [illegible] pendent atque idcirco [illegible] [illegible] in [illegible] tribuitur (num. 20 [illegible]): at extensio, figura [illegible] cum corpori competant nonnisi sub certa ratione entis [illegible], aut modi [illegible] [illegible] ipsi [illegible] elementis tribui nulla ratione [illegible].

Objicies 5. Si corpora [illegible] exurgere possent ex substantiis inextensis certis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] componi possent etiam ex ipsis animabus; atqui hoc est absurdum: ergo. Sequela majoris [illegible]. Etiam animæ donari possent [illegible] viribus attractivis et repulsivis quibus [illegible] [illegible] [illegible] convenient; ergo.

R. Neg. sequelam majoris. Ad [illegible] [illegible] distinguo antec. Etiam [illegible] [illegible] [illegible] &c. Ita tamen, ut animæ [illegible] [illegible] intellig[illegible] et volendi facultate pollerent, transeat antec. Sec. nego antec. et cons. [illegible] [illegible] [illegible], quo in hypothesi ea [illegible] [illegible] constaret intelligentia et volunt[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cogni-

tio

 caput dici solet id, quod hisce qualitatibus destitutum est.

Scolion. Non est cur immoremur hic loci ad ea refellenda quae Leibnitius et Wolfius in medium protulerunt contra elementorum similitudinem et homogeneitatem assertam num. 30 cor. 5. Consulatur hac super re Ontologiae caput 3, numerum 45, 46. Caetera quae fusius hic dimoveri possent praecipue de viribus corporum, motrice, attractiva, repulsiva, vi inertiae, coesionis, legibus continuitatis et motus etc. ad Phisicam remittimus. Alia quae supersunt de corporum compenetratione, et replicatione praecipue ad sacrosanctum religionis nostrae misterium de [illegible] ab heterodoxorum obtrectationibus vindicandum.

N. 32. Quid compenetratio et replicatio corporum.

Compenetratio est duorum simultanea in eodem loco existentia duorum aut plurium elementorum. Replicatio est simultanea ejusdem entis existentia in duobus vel pluribus locis.

Scolion. Cum de compenetratione et replicatione inquirimus utrum sit possibilis, examen totum ad entia creata referimus. Deus namque in rerum quamquam immensitate sua sit omnibus intime praesens; tamen cum hujus existentiae modus nullo pacto a nobis intelligi queat, vero sensu compenetrari dici non possumus. Quaestio igitur a philosophis instituitur utrum per absolutam Dei potestatem fieri possit, ut plura corpora simul in eodem loco existant: atque ut etc.

Item ut unumquodque corpus eodem temporis momento in pluribus locis existat.

Tam compenetrationem, quam replicationem corporum naturaliter haberi non posse apud omnes in comperto est. Et quidem ad compenetrationem quod attinet ejus impossibilitas juxta naturae leges patet vel ex ipsa corporum impenetrabilitate, quam etiam ad elementa extendendam esse dictum est superius num. 28. Replicationem quoque spectatis naturae viribus fieri non posse colligitur ex quotidiana experientia quae si vitiatur, jam omnis naturalium rerum certitudo perit. Profecto, numquam inquit Boscovich vidimus idem mobile simul ex eodem loco discedere in partes [illegible] [illegible] in duobus locis ita ut constet nobis utrobique esse illud idem.

N. 33 Propositio 5. Corporum compenetratio et replicatio per divinam omnipotentiam est possibilis.

Prob. Quidquid contradictionem non involvit per omnipotentiam Dei omnino fieri potest atqui non potest demonstrari corporum compenetrationem et replicationem veram contradictionem involvere ergo utraque per divinam omnipotentiam est possibilis. De majore nemo ambigit enim quamdiu repugnantia clare non demonstratur [illegible] omnipotentiae [illegible] neque illud quidquam detrahere licet ex eo tantum motivo quod illud assequi non valeat finita nostra intelligentia. Min. vero prob.

Et primo quidem quoad compenetrationem. Si qua esset in compenetratione vera pugnantia haec oriretur vel ex parte ipsius corporis vel ex parte [illegible] vel ex parte modi quo [illegible] [illegible] mentis [illegible] demonstrari potest contradictio: ergo [illegible] et certa [illegible] aliquod praeter tria allata [illegible] in quo [illegible] contradictio. Mi. prob. Ex parte [illegible] est contradictio ex parte corporis, ita enim desumenda esset ex eo quod impenetrabilitas sit de essentia corporis atqui nulla ratio positiva suadet eam esse de corporis essentia, ergo etc. Min. prob. [illegible] ratio [illegible] et esse [illegible] sensuum testimonium, atqui [illegible] tantum [illegible] et [illegible] rerum [illegible] num. 28.) ergo etc. [illegible] experientia quae probat impenetrabilitatem esse de essentia corporis. Porro impenetratio est effectus impenetrabilitatis [illegible] actualis [illegible] et necessarii sunt effectus gravitatis, attractionis etc.

pulsionis. Non repugnat igitur abesse impenetrationem salva corporis essentia, et ejus impenetrabilitate manente. Jam vero cum ea, quæ essentialia non sunt, neque cum essentialibus connectuntur, possint mutari, apparet compenetrationem absolute non repugnare ex parte corporis.

2. Nulla est pugnantia ex parte elementorum. In Theoria Boscovichiana sunt ejusmodi intervalla inter duo elementa, ut inter ista interponi possint in infinitum alia elementa numero finita. Sed si sic, in corporum compenetratione elementa non compenetrantur: ergo etc. Sed etiamsi daremus adversariis elementa ad mutuum contactum pervenire et naturaliter compenetrari, ut contradictionem in hoc demonstrarent, ostendant oportet vim repulsivam, quæ contactum impedit, esse elemento ita essentialem, ut neque per divinam omnipotentiam tolli queat. Denique duæ substantiæ compenetratæ remanent duæ, eo quod existere in loco involvit et esse substantiæ et modum coexistendi. Sed ex eo, quod duæ substantiæ eodem modo coexistant non deducitur eandem esse fieri unicam: namque tam respectus ad successiva quam ad coexistentia extrinsecus est substantiæ; igitur neque ex parte elementorum vere dici potest repugnare compenetratio.

3. Atque ex parte minor qui corpora ex elementis consurgunt demonstrari potest veram existere pugnantiam. Nam compositionis modus in eo situs est, ut prima elementa per mutuas vires inter se cohærendo corpuscula primitiva efforment, ex quorum conjunctione derivativa exsurgant atque ex iis moleculæ maiores cum partes cujusque [illegible] ac tandem integra corpora coalescunt (num. 23. cor.) atque in hujusmodi modo nihil est quod corporum compenetrationem prohibeat ergo etc. Etenim quamquam derivativorum nexus tolleretur, adhuc tamen perstarent corpuscula primitiva et elementorum nexus, atque adeo salva foret determinata corporis, ac esset et compositi essentia. Nulla igitur vera contradictio offerri potest in compenetratione corporum.

Prob. secundo minor de replicatione. Potentissima ipsis adversariis, non alia de causa replicatio dici potest repugnare quam quia in ea, multiplicato loco multiplicaretur etiam corpus adeoque esset simul unum corpus et plura atqui ex multiplicato loco nequaquam consequitur multiplicatio corporis. ergo etc. Min. prob. loci multiplicitas efficit tantum ut multiplicentur externi corporis respectus ad simultanea quæ coexistunt (Ontologia cap. 6. num. 93.) atqui multiplicatio respectuum aliorumque externi non multiplicat corpus: ergo. Profecto inquit Horvat, si cum uno eodemque loci puncto potest materiæ punctum conjungere plura momenta temporis non est cur è contrario cum uno eodemque temporis momento plura loci puncta conjungere non possit.

Igitur et compenetratio et replicatio corporum possibilis est per divinam omnipotentiam. Corollarium. Quare nulla esse possunt argumenta Heterodoxorum quibus prosternere nituntur dogma fidei de reali præsentia Sacrosancti Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento, et de ejusdem Sacratissimi corporis in pluribus locis simultanea existentia.

N.° 4. Solvuntur objectiones contra compenetrationem

Plura congeruntur ab adversariis contra absolutam compenetrationis possibilitatem. Aiunt 1. Posita compenetratione tollitur corporis essentia: ergo compenetratio est absolute impossibilis. Antec. prob. impenetrabilitas et extensio pertinent ad essentiam corporis, atqui posita compenetratione tollitur utraque proprietas. ergo etc.

R. negando antec. Ad probationem distinguo maj. quoad primam partem. Impenetrabilitas est de essentia corporis, idest corpus habet vim excludendi aliud corpus loco in quo est, concedo; idest actu excludit, nego. Est nempe distinguendum inter vim et effectum. Illa pertinet ad essentiam non autem iste. Igitur sine contradictione fieri potest ut corpus natura sua impenetrabile per divinam omnipotentiam compenetretur, quemadmodum per divinam om-

m

nipotentiam fieri potest ut ignis vi sua non comburat actu stupam sibi applicatam. Ad extensionem quod attinet omissa nunc majore, distinguo min. In compenetratione tollitur extensio partium integralium transeat minor; tollitur extensio partium essentia: lium, nego min. Posset enim in compenetratione remanere extensio eorum elementorum, ex quibus corpuscula primitiva constantur ut extra se invicem posita maneant atque sic servetur ratio compositi et corporis species determinetur. Partes autem integrales etiamsi tollantur vel immutentur in compenetratione tamen nihil decedit de corporis essentia, et composito eius speciei. Sicut enim partes integrales non sunt de corporis essentia, sic neque earum extensio ad essentiam pertinere dicenda est. Quamquam neque partium integralium positio tollitur necessario in omni compenetratione. Posset enim globus aureus cum argenteo compenetrari salva partium etiam integralium extensione.

Arguit 2. Si compenetratio foret possibilis corpus posset compenetrari etiam secum ipso, istud autem fieri non potest: ergo etc. Min. prob. Si corpus posset compenetrari secum ipso, redigi posset ad unum punctum, hoc autem repugnat: ergo. Min. prob. Illud corpus in hoc casu esset et non esset idem. Esset ut supponitur: non esset autem quia essentia talis corporis est nexus talium partium, quae tamen tollerentur.

R. Negando min. Ad probationem distinguo maj. Redigi posset ad unum punctum, idest ad spatiolum extensum et divisibile concedo maj. idest ad punctum mathematicum et indivisuum, nego maj. et distincta min. nego cons. Eo usque igitur admittimus compenetrationis possibilitatem ut corpus secum ipso compenetratum redigi possit ad minimum quoddam spatiolum extensum tamen et divisibile. Cum enim corpus coalescat ex elementis certo modo conjunctis, si haec omnia invicem compenetrentur, jam verum non est hic esse tale corpus, sed elementa, ex quibus ipsum coaluit. Ad alteram probationem respondeo nihil contrarium admitti determinati corporis essentiae, si concedatur corpus ad spatiolum exiguum redigi posse. Corporis enim essentia sita est in nexu partium essentialium, non integralium.

Arguit 3. Admissa possibilitate compenetrationis corporum per divinam omnipotentiam, admittenda est etiam possibilitas compenetrationis substantiarum: haec autem repugnat. Etenim de essentia substantiae, ut una extra alteram existat, quod utique deficit in substantiis compenetratis. Deinde est de essentia substantiae, ut una distinguatur ab altera. Porro ad id necesse est ut una alterius locum non occupet sed una teneat locum ab alia distinctum. Praeterea si duae substantiae compenetrarentur, evaderent unum et idem: duae enim extensiones compenetratae sunt una et eadem extensio: ergo duae penetratae substantiae fiunt una et eadem entitas. Etenim permixtis per compenetrationem substantiis permisceantur oportet etiam earum proprietates quae a substantia ipsa sunt inseparabiles. Quare cum per hanc permixtionem substantiae ~~sese~~ compenetratae mutuo se suasque proprietates communicent, patet eas quoad entitatem ipsam evadere unam eamdemque substantiam.

R. ad primum. Substantia est id, quod per se existit, adeoque ad ejus essentiam spectat existere existentia sibi propria, non aliena, quod quidem servatur etiam in compenetrationis hypotesi. Tam enim si ad locum, quam si ad compenetrationem ipsam habeatur respectus, numquam efficitur, ut substantia compenetrata deficiat existentia sibi propria. Locus profecto nihil agit, et indifferenter se habet tam si unica, quam si plures substantiae in eo reperiantur: adeoque neque auget, neque minuit quidquam de substantia. Compenetratio vero cum suspendat impenetrabilitatis actionem ne una corporea substantia agat in altera, nullo modo potest efficere, ut altera existentiam sibi propriam amittat.

Ad secundum. Dum autem ait definitivus illa tantum esse distincta, quae distinctis in locis existunt, non solum id gratis asserit, sed etiam ad probandum assumit illud ipsum, quod est in quaestione. Sed etiam assertum illud est omnino falsum. Numquid enim accidens distinguitur a substantia, in qua inhaeret? Existit ne propterea in loco distincto? Quare juxta dicta in Ontologia illa solum dici debent distincta, quorum unum non est aliud; atqui idcirco omnis substantia ex essentia et per essentiam suam distinguitur ab alia, sive deinde in diverso, sive in eodem cum altera loco existat.

Ad tertium. Substantias compenetratas evadere unum et idem quoad locum, concedimus; quoad entitatem negamus. Singulae enim ex superius dictis etiam in compenetrationis statu propriam sibi existentiam vires et proprietates servarent. Neque moramur rationem petitam ex extensione. Si enim sermo sit de reali extensione concreta, haec ex dictis non efficit, ut duo extensa compenetrata evadant unum et idem quoad entitatem: proprietates enim hanc entitatem constituentes minime pendent a loco, aut ab extensione partium integralium. Inepti fortasse essemus ad duas compenetratas substantias discernendas: at nunc inquiritur quid in se sit, quodque intellectu perspicere possimus, non autem quid sensibus nostris appareat. Quod si de abstracta et mathematica extensione sit sermo, nostra nihil interest: non enim de iis disputamus, quae nihil reale sunt sed mentis intellectus figmentum. Atque sic corruit etiam id, quod adiciebatur. Eo ipso enim quod ex adversariorum confessione proprietates internae substantiarum sunt inseparabiles a substantia ipsa, consequitur proprietates unius substantiae proprias nulli alteri substantiae communes fieri vel commisceri. Profecto si in uno corpore vel in una substantia sunt proprietates distinctae, quin inter se commisceantur, quare proprietates eaedem non poterunt remanere inter se distinctae in duabus substantiis, vel corporibus compenetratis? Igitur in compenetratione proprietates substantiarum eodem tempore in eodem loco existerent, et tamen substantiae compenetratae non evaserent una et eadem quoad entitatem.

Dices primo. Quae distinctis in locis existunt, sunt realiter distincta: atqui si corpora possent replicari, existerent in locis distinctis: ergo essent realiter distincta, adeoque corpus replicatum non esset unum et idem corpus. Maj. est certa; nemo enim negat separabilitatem quoad locum non esse signum distinctionis realis. Deinde esset eodem tempore in distinctis locis existens procul dubio distaret a seipso. Loca enim respectiva a se invicem distarent, quoniam unumquodque eorum haberet aliam relationem ad coexistentia, adeoque distaret a se etiam corpus replicatum, quoniam in uno loco haberet relationem ad coexistentia distinctam ab illa, quam haberet in alio loco. Jam vero hoc est absurdum. — Ft 35 Diluuntur objecta contra replicationem.

R. Quid secundum cognitas naturae leges fiat et fieri debeat, nos monet experientia: tacet autem ubi sit demonstrandum num Deo sic volente contrarium fieri possit, nec ne. Illa igitur, quae distinctis in locis existunt, esse realiter distincta, physice certum est, sed non est certum metaphysice. Tegula ex tecto cadens nonne physice certum futurum ut ad terram usque prolaberetur: et tamen nulla est absoluta repugnantia, quod in aere suspensa remaneat. Ad rationem adductam respondeo, non omnem separabilitatem quoad locum esse signum certissimum distinctionis realis. Concedimus utique ea esse distincta, quorum unum in determinato loco potest existere ibi non existente altero. Sed negamus ea omnia esse distincta, quae quocumque modo in locis distinctis existunt. Porro in replicationis hypothesi si corpus ex uno loco in alterum replicetur, corpus idem non potest existere in loco primo quin simul existat in secundo, quia non potest existere sine seipso. Ex hinc videns corpus in uno loco existens, et aliud prorsus simi-

le in alio loco agnoscit q. idem realem locorum separationem. quia tamen distinctio inter unum et aliud corpus innititur solis naturæ legibus quas Deus tollere potest idcirco non habet certitudinem metaphisicam de reali distinctione inter unum et aliud corpus. Ad separationem unius ab altero necesse est ut unum non sit ibi ubi est alterum. at corpus replicatum in uno loco existens non abest a seipso existente in alio loco. Corpus igitur replicatum non separatur a seipso per existentiam simultaneam in locis separatis; quemadmodum idem ens per plura temporis momenta perdurans, existendo vigesimo temporis momento non separatur a seipso existente primo momento, quamvis sint momenta inter se separata et distincta.

Ad secundum corpus repli. cum existeret quidem in locis distantibus eodem tempore non tamen distaret a seipso. Distantia nempe locorum colligitur ex eo, quod inter puncta spatii immaginarii locis respondentia possit ... et delineari distantia, tum etiam ex eo, quod unus locus non habeat ad simultanea eamdem relationem quam haberet alter. Ast corpus replicatum cum in utroque loco sit illud idem, haberet etiam in utroque loco eamdem relationem quoad coexistentia. Dicere efficit tantum, ut idem corpus duas habeat eodem tempore extrinsecas relationes ad coexistentia non autem ut a seipso distet non aliter ac idem corpus habens diversas successivas relationes ... distincta temporis momenta non dicitur a se distare sed tantum in diversis momentis existe.

Dices 2. Esse eidem enti contiguum et simul ab eo distare repugnat. atqui id contingere posset in replicatione. Insuper uno loco circumscribi et simul non circumscribi, contradictionem involvit; atqui id verum esset in replicatione ergo e.

Respondeo ad primum. Repugnat esse eidem enti contiguum et simul ab eo distare sub eodem respectu, concedo mai. sub respectu diverso, nego ma. et sic distincta min. nego conseq. in eodem loco unum corpus ab alio contineri et simul non contineri sub eodem respectu utique repugnat, non repugnat autem ubi sit mutatus respectus et multiplicatus locus.

Ad secundum. Unico eodem loco circumscribi simul et non circumscribi contradictionem involvit conc. maj; uno loco circumscribi et simul eo loco non circumscribi contradictionem involvit, nego maj. et sic distincta min. nego conseq. Nempe ens replicatum tot circumscriberetur locis in quibus existeret, quia sic compositum esset in omnibus locis ejus partes diversæ diversis spatii partibus commensurarentur. quod si circumscriptive existere in eo sensu accipiatur, ut significet contineri loco et ejus quasi terminis includi, tunc dicimus ens replicatum contineri et includi uno loco positive, non autem exclusive; totum nempe contineri et esse in loco uno, quin impediretur, quominus totum sit in loco altero idque per absolutam Dei omnipotentiam naturæ leges immutantis.

Dices 3. Ens replicatum in uno loco moveri posset versus ortum, et simul in alio loco versus occasum, atqui horum motuum contrarietatem sine contradictione non posse consistere, apertum est, ergo ec.

R. Corpus replicatum motibus contrariis moveri non repugnat quoniam ob locorum diversitatem respectus immutantur nempe corpus replicatum versus ortum movetur in uno loco positive idest ita ut minime excludat seu impediat motum versus occasum in alio loco. Sed motum pariter curamus Namque corpus etiam non replicatum comparatione ad aliqua moveri potest dum comparate ad alia quiescit; quemadmodum evenit sedenti in navi, quæ flumine secundo decurrit. Ontologiæ cap. 2. num. 1037

Scolion. Atque hæc dixisse videntur ... asserenda tam compenetrationis, quam replicationis possibilitate si quo nos arguat quæ argumenta contra compenetrationis possibilitatem resolveremus in ... theoriæ Corporum elementis quæ adhuc pendula est, et a ...

rei

reicitur, respondemus hoc sistema, etsi haberi nequit tamquam certum admittendum, saltem esse tamquam valde probabile, prout patet ex jam dictis et ex dicendis in Phisica, sed hoc autem nobis plane sufficit, ut adversarios, quibuscum agimus, refellamus. Ceterum quamvis quedam videantur absurda et entibus juxta nature leges nullo pacto competentia, tamen non est inde colligendum ea ita repugnare ut neque entibus replicatis et compenetratis queant convenire. Fatendum est enim Deum plura posse que nos nec cognoscere nec investigare possumus. Curiosius autem inquirere quid dici possit admissa replicatione et non replicatione, vel que adjuncta repugnent, neque utile est neque necessarium. Certum est Deum hac ratione sufficiente statutis nature legibus non derogare. Injuriam igitur irrogat Deo, qui ad inutiles nugas examinandas deflecti ab ejusmodi questionibus que eo tantum fine instituuntur, ut sacrosancte Religionis misteria a calumniis vindicentur.

Caput tertium.

De Mundi perfectione.

Etsi ea que diximus cap. I de mundi creatione ab Ente necessario, immutabili, infinito facta velut sua sponte demonstrant mundi ejusdem perfectionem, ubi constantia et ordinata corporum vicissitudines, et mirabile partium artificium, que in plantis precipue et in animantibus cernuntur non possint non efficere ut in admirationem rapiamur infinite sapientie et potentie auctoris universi qui tantam et tam variam machinam ex nihilo eruit et mirabiliter conservat; tamen non desunt ambitiosi homines qui omnia commensurantes ex proprio commodo et concupiscentia inquirere non erubescunt ex iis omnibus que propriis desideriis minime esse obsequuntur et supremum Artificem perperam carpentes mundum clamant omnino esse imperfectum. Operæ pretium igitur est in hoc capite de admirabilis mundi perfectione singillatim pertractare quoniam veritas ista multam habet connexionem cum iis, que precedentibus capitibus dicta sunt.

Felicitas vocatur ille entis intellectualis status in quo illud ex vero bono distincte cognito voluntatem recipit. Bonitas seu benignitas prout est hujus loci similiter respectiva, atque per eam generatim intelligitur quedam singularis propensio voluntatis ad promovendam aliorum felicitatem. N. 36 / De bonitate et benignitate

Cum ex demonstrandis in Theologia naturali Deus mundi auctor omni vera perfectione in gradu infinito ornatum sit, cumque bonitas respectiva procul dubio sit vera perfectio apparet Deum bonitate infinita etiam respectiva preditum esse. Scholion

Gloria Dei vel spectatur in quantum est collectio infinitarum ipsius perfectionum vel in quantum ab hisdem perfectiones manifestantur. In primo sensu dicitur gloria interna in secundo externa. N. 37 / Quotuplex gloria.

Deum in mundo creando aliquem sibi prefixisse finem certum est. Cum enim sit causa infinita intelligentia predita, cumque entia intelligentia propter finem agant (Ontologie cap. 4 num [illegible]) patet eum prefixisse aliquem finem. Porro ens intelligens non alium finem sibi proponit quam quod sibi bonum (Logice par. I cap. I num [illegible]) cui igitur in mundo procreando aliquid sibi ipsi bonum tamquam finem respexit. Porro iste finis nequit esse gloria interna, quia Deus jam ab eterno et necessario infinitas habet perfectiones. Scholion

172

N. 38. Propositio.

Primo gloria Dei externa seu de creaturarum rationalium felicitas sunt fines creationis rerum.

Prob. prima pars. Deus in mundi creatione debuit aliquid sibi bonum tanquam finem respexisse (scolio praecedenti). Atqui Ens infinitum et independens nil boni habere potest praeter gloriam internam et externam. Ergo finis creationis rerum est Dei gloria, atqui haec nequit esse gloria interna (scolio praecedenti); ergo externa sit oportet.

Prob. secunda pars. Deus non solum ut in se beatissimus et nullius rei indigus (scolio praecedenti) sed etiam est summe bonus (eum ibidem scolio), adeoque est singulariter propensus ad aliorum felicitatem promovendam: ergo praeter suarum perfectionum manifestationem cum etiam finem intendit in rerum creatione, ut ex infinita sua bonitate rationales creaturas beatas et felices esse faceret. Deus igitur hanc rerum universitatem condidit tum ut suam omnipotentiam et sapientiam manifestaret tum etiam ut suam bonitatem cum aliis communicaret, condendo mundum et hominem, cui homini et quibus benefaceret, suam gloriam, videlicet declarando in mundo gloriam suam, hominum saluti consuluit.

N. 39 Propositio.

Externa divinarum perfectionum manifestatio non potest esse omnium maxima.

Prob. haec assertio primo ex eo quod cum divinae perfectiones omnes sint infinitae, habere nequeunt gradum ultimum, atque adeo semper magis magisque sine fine manifestari possunt. Deinde ex eo, quod cum omnia entia creata sint contingentia eorum bonitas et perfectio nonnisi finita esse potest. Jam vero externa divinae gloriae manifestatio consistit praecipue in actionibus creaturae rationalis cujus est agnoscere, laudare et amare divinas perfectiones. Verum cognitio creaturae finitae a Deo potest esse tanta qua major concipi nequeat, aliter evaderet infinita.

N. 40 Quid et quotuplex mundi perfectio?

Per mundi perfectionem intelligimus consensum omnium entium tum simultaneorum quam successivorum quae universum constituunt in ordine ad eum finem obtinendum quem sibi Deus constituit. Porro ista perfectio vel spectatur tantum comparate ad suum finem, vel etiam comparate ad alios omnes mundos possibiles. Sub priori respectu habetur mundi in genere suo perfectio; sub posteriori enascitur perfectio absoluta, quae optimismus appellatur, estque sententia eorum qui hunc mundum esse inter omnes possibiles absolute optimum contendunt.

Scolion

Leibnitius mundi systematis explanator praecipuit rationis sufficientis ut in pluribus, sic etiam ubi agitur de mundi perfectione suum principium est enormiter abusus, eumque in hoc quoque est prosecutus ... Christianus Wolfius cum aliis. Statuit itaque Leibnitius ex sua doctrina de ratione sufficiente Deum inter bona semper optimum eligere, inter media finibus convenientia semper convenientissimum amplecti, nec posse perficere quod ... minus perfectum. Deinde concludit cum hic mundus qui nunc existit sit ille quem Deus elegit et ad actum perduxit, consequens esse ut hic mundus sit finibus divinis convenientissimus, et omnium possibilium absolute optimus. Istud optimismi systema ... opportune confutabitur; nunc primo operae pretium est inquirere quid rationabiliter tenendum sit circa mundi perfectionem, deinde quo sensu atque ... respectu mundus dici possit optimus. Sit id autem.

Supponimus 1. ex ... cap. ... agentem propter finem velle etiam media ad finem quibus ... obtineri nequit atque quo major est agentis vis et intelligentia eo efficaciora et aptiora ab ipso dici media ... in gradu perfecto obtineatur finis intentus.

Supponimus 2. ex Theologia naturali Deum ... in iis quae ab extra sunt atque suarum perfectionum manifestationem sibi proposuisse, et deinde hominum felicitatem, posse illam manifestare

ftare quantum vult et hominum felicitati consulere in eo gradu atque ea ratione, qua sibi optime ex suo beneplacito ipsi lubet.

Supponimus 3. non repugnare sapientiae divinae, quod minus perfecta praeferat perfectioribus. Etenim relate ad Deum non datur in rebus creatis major vel minor perfectio. cum enim ipse sit in se et abso-lute infinitus atque omne possibile bonum in maximo perfectionis gradu in se comprehendat omni-no repugnat eum vel alicujus rei esse indigum, vel ab aliquo perfici posse. Quod autem attinet ad sapientiam Dei, haec quidem postulat, ut Deus nihil temere agat, seu fines infinitis operibus sibi constituat, et media assumat idonea ad finem certissimo consequendum. At nemo inficiari poterit, eam om-nia illo praestari posse etiam in opere, quod relate ad nos est minus perfectum. Nil igitur obstat, quominus Deus minus perfecta praeferat perfectioribus.

Mundus hic a Deo conditus est in genere suo perfectissimus et optimus. Y. 41. Propositio 3

Prob. Mundus hic est in genere suo perfectissimus et optimus si omnia entia illum constitu-entia perfecte et optime conspirent ad eum finem quem Deus in eo procreando intendit; atqui res ita se habet: ergo etc. Major est certa ex notione perfecti in genere suo. Min. vero prob. Si mundus iste op-time non inserviret ad optimum finem a Deo intentum, Deus non foret perfectissimus mundi arti-fex; hoc autem dici non potest ergo neque illud. Sane id omne fieret vel ex eo quod Deus non potue-rit et jam non sit infinite potens; vel ex eo quod nescivisset, et jam non esset infinite intelligens; vel ex eo quod noluisset et jam non esset infinite sapiens. [illegible] tamen qui quid dicatur blasphemum est. [illegible] Argumentum hoc est a priori, argumentum a posteriori [illegible] et robur habet invictum.

[illegible] mundi perfectionem a posteriori complete agnoscere non possumus quia ad id opus esset singulas mundi partes, singula elementa singulas compositionis modos atque vires quibus in mundo mutationes fiunt et sibi succedunt nec non se [illegible] partium determinationes vel ex [illegible] bus externis vel ex interno sensu detegere atque ipsum mundi finem et usus investigare. Ast tantum no-rat quisnam mortalium sibi poterit arrogare? Tamen incomplete etiam a posteriori mundi perfectio-nem colligere possumus ex corporum viribus, nexu dispositione et natura. Profecto omnia entia quae ex ipsis [illegible] in hoc conspirant, ut mundus sit hoc totum physicum, quod est. Omnium namque sensuum experientia testatur corpora totalia, sive astra ejusmodi inter se positionem habere ut mutuis actionibus eorum inter se motus perpetuo [illegible] et singulares, velut e.g. in tellure no-stra, stare vicissitudines tempestatum annuarum dierum et noctium perenniter [illegible] in corpori-bus autem partialibus elementa sicin certi generis moleculae et materiae primigeniae componuntur, ut tempore continuo [illegible] et semper hedum corporum, [illegible] mutua elementorum actione [illegible] [illegible] quae succedant. [illegible] igitur [illegible] [illegible] mutationes et vicissitudines corporum tanto tam totalium quam partialium ad hoc conspirant ut mundus sit hoc totum physicum quod est atque haec universalis conspiratio ad eundem finem constituit perfectionem mundi: ergo mundus hic est in genere suo perfectissimus et optimus.

Inter tot quae in mundo [illegible] profani homines ut offertam mundi in genere suo perfectionem deprimere [illegible] [illegible], [illegible] sunt praecipue, quae [illegible] moventur. Primo nobis [illegible] ea, quae ipsis sunt vitia velut animalcula [illegible] quorum [illegible] est [illegible] et imperfecta, velut tot homines [illegible] infirmitatibus, et incommodis obnoxio. Secundo ea, quae sunt [illegible] velut serpen-tes et [illegible] animalia mortifera necnon venena, quae in natura latent et necem causant: tertio Y. 42. Diluuntur objectiones.

illa

illa quæ non solum non conveniunt sed opponuntur fini nempe mala moralia seu peccata.

R. ad primum. Animalcula exilissima quæ vilia nobis videntur, talia non sunt nisi nostra admodum distorta cogitandi ratione. Etenim illa quoque cum ceteris concurrunt ad universum finem. Revera minimi corpusculi conformatio nonne mirifice illustrat conditoris potentiam et sapientiam? Ex eo vero quod peculiares singulorum usus sint nobis ignoti, potest ne legitime inferri a parte rei esse eorum usum quamvis Deum auctorem nihil frustra moliri sed omnia ad sapientissimos fines ordinare nobis constet? Ad ea, quæ imperfecta dicuntur, non diffitemur ea dici posse imperfecta relate ad alia entia, quæ nobis sunt perfectiora, quia donata omnibus perfectionibus quæ ipsis conveniunt spectato communi naturæ cursu; sed non comparate ad finem, quem Deus mundo proposuit. Omnia enim mundi entia, quantumvis monstruosa nobis videantur, optime conveniunt ad divinas perfectiones manifestandas eo in gradu quo Deus voluit, etiamsi nos lateat involuta eorum connexio cum divina gloria. Ceterum non ostendimus mundi perfectionem consistere in perfectionibus particularium entium, sed in eorum connexione, et inde promanante tendentia ad finem.

Ad secundum. Neque serpentes neque venena dici possunt esse noxia et superflua, si res dimetiatur non ex peculiari nostro commodo et utilitate sed ex fine a Deo præstituto omnibus creaturis, quæ præter communem pertinent etiam suos proposito habent ei ... maximum, quamvis plerumque nobis incognitum. Sane quæ nociva et mortifera a nobis dicuntur aliis nutrimentum et aliis medicinam præstant, noxios humores aeremque expurgant in peccati pœnam instituuntur instar flagellorum sunt virtutis atque effecti sunt ut eorum consideratione ... mirabiliter ...

Ad tertium. Peccata respectu habito ad perversam operantis voluntatem opponuntur quidem fini quem intendit ... conditor ... attamen diversimoda ratione ad divinas perfectiones illustrandas inserviunt. Primo enim cum sint actus physici ab hominis libertate profecti, manifestant præclarum libertatis donum a Deo concessum homini quod divinam bonitatem et potentiam commendat. Deinde cum posita sint in hac rerum serie et connexione, simul cum reliquis constituunt optimum illud medium quod Deus ad finis consecutionem elegit unde singulari modo divina apparet sapientia quæ mala ista ad optimos usus dirigere novit. Id præsertim fulget ex Josephi fratrum proditione vendito et ex Jesu Christo judæorum impietate occiso. Tandem peccata cum tolerantur divinam bonitatem et patientiam; cum remittuntur, æternam misericordiam et omnipotentiam; cum vindicantur, divinam potestatem et justitiam aperte manifestant.

N. 43.
Propositio 3

Mundus hic non est in se omnium absolute possibilium optimus.

Prob. 1. Repugnat mundus in se omnium absolute possibilium optimus: ergo. Antec. prob. Mundus in se omnium absolute possibilium optimus infinitas Dei perfectiones supremo in gradu manifestare deberet. Sed maxima hæc manifestatio est impossibilis ex dictis propositione 2 num. 3.

Prob. 2. Si mundus hic esset in se omnium absolute possibilium optimus vel esset perfectionis infinitæ, vel finitæ. Atqui non potest dici perfectionis infinitæ: etenim non nisi unicum ens quod ... et omnes ... perfectiones ... potest infinite perfectum. Sed neque dici potest perfectionis finitæ, quia tunc non ... quidquid enim limitatum est, inquit Wolphius, ... majus et ... optimus ... atque mundus perfectionis finitæ non esset omnium possibilium optimus.

Prob. 3. Si mundus hic foret absolute optimus talis esset vel quia præ ceteris jus habuit ad existentiam pro ratione perfectionis, quam involvit, vel quia repugnat divinæ sapientiæ minus perfectum ... perfectioni vel quia Deus non vult nisi optimum. Atqui nihil horum ... Non primum:

quia

quia quaecumque mundi perfectio cum divinis comparata pro nihilo reputanda est: non secundum: quia relate ad Deum nulla in rebus creatis adest major vel minor perfectio non eminens tertium: quia cum quodvis est creatum in ratione bonitatis, quam habet infinite a Deo distat, consequenter: secundum Dei unum ens non sit prae altero bonum neque unum prae altero appetibile esse potest. Ergo hic mundus non est in se omnium absolute possibilium optimus. Confutatur etiam post num. 40.

Objicies cum Leibnitio. Quemadmodum in ideis Dei infiniti mundi sunt possibiles quorum tamen unicus potest existere; sic ratio sufficiens adesse oportet, quae Deum astringat ad unum alii praeferendum. Porro ratio ista esse non potest nisi in gradibus perfectionis, quibus singuli gaudent: cum enim singuli mundi possibiles jus habeant ad existentiam pro ratione propriae perfectionis, Deus et ex sapientia et ex potentia sua omnium optimum praeferre tenetur.

Optimistarum argumenta solvuntur.

R. Verum scitari primo placeat a Leibnitio quare inter tot mundos possibiles, qui sunt in ideis Dei, unus tantum queat existere? id asserit tantum Leibnitius et ego alteram plurimos existere posse, qui vel ideo possibiles sunt quia possunt existere. Deinde quomodo contendit Leibnitius, mundum qui cum adhuc non existat, nihil est, jus habere ad existentiam pro sua majore perfectione in comparatione alterius nihili? Sane ista loquendi ratio vel nihil significat vel infirmat Deum necessario adigi ad mundum inter possibiles perfectissimum procreandum. Sed rursus necessitatem quis imposuit Deo? Si alterum hoc minus perfectum condere voluisset, a quonam prohiberi potuisset. Si Leibnitius per perfectionem intelligeret convenientiam mediorum cum fine, atque hoc sensu mundum hunc perfectissimum et omnium possibilium optimum diceret, non contradiceremus; in hoc enim sensu etiam nos asserimus mundum in proportione sua esse perfectissimum et optimum. Etenim ens sapientissimum utique scivit, voluit, et potuit seligere media aptissima ad finem consequendum, quem in mundi creatione intenderat. Verum tamen ista restrictione non est contentus Leibnitius; imo cum vox perfectio accipiatur etiam pro excellentia et omni complexione virtutum et qualitatum intrinsecarum ad supremum gradum excitatorum, in hac significatione mundi perfectionem urgebat Leibnitius. Hoc autem est id, quod vehementer negamus. Quis enim cogere potuit ens infinite liberum, quale est Deus? Et si propter imperscrutabiles suos fines decrevisset non omnium perfectissimum inter possibiles mundos, sed tamen omnium accommodatissimum ad suos fines, quis poterat aliquid ei opponere, vel nunc posset eum aliquo modo arguere? Sed quamvis parumper concedamus Deum revera ad existentiam perduxisse mundum omnium possibilium optimum, undenam assequitur Leibnitius mundum hunc visibilem quem agnoscimus et praesentem esse omnium rerum ordinem, quem in hac positus Deus nunc constituere potuit in aliorum mundorum serie infinita? Et quis erit igitur elatus ille homo qui se in omnium optimo collocatum esse praetendat?

Objicies. Sapientia divina postulat, ut Deus illud efformet in quo major elucet sapientia: atqui major elucet in mundo omnium possibilium optimo major elucet sapientia: ergo sapientia divina exigebat ut hic mundus in se et absolute esset omnium possibilium optimus.

R. Nego minorem. Si enim sermo sit de interna Dei sapientia cum haec sit infinita adeoque incapax incrementi, major implicita contradictione laboret. Si vero sermo sit de sapientia per opus extrinsecus manifestata, ea quidem in opere perfectiore magis elucet, quam in minus perfecto. Sed Deus qua sapiens non tenetur ea facere quo extrinsecus magis manifestetur sua sapientia; alioquin teneretur etiam ad mundum creandum potius quam non creandum; teneretur ad animos efficiendos maxima possibili intelligendi virtute; teneretur ad spiritus producendos maximae perfectionis, et ad omnia possibilia facienda: quo plura enim et perfectiora sunt creata eo melius elucet divina sapientia.

entiæ caracteres. Sapientia igitur id tantum exigit, ut opus sit perfectissimum relate ad finem præstitutum et ad effectus liberrime intentos.

Urgebis 3. Deus perfectissimus non potest minus bonum amare præ bono majore; atqui condendo mundum minus perfectum amplectitur minus bonum præ majore: ergo. Et vero nonne insipienter agit, qui minus præ majore bono eligit? Profecto si data alicui optione utriusvis ex duobus eligendi bonis minus bonum eligeret jure merito tamquam insipiens traduceretur. Atque etiam tam magnum robur assumit hoc argumentum quod mundus minus perfectus numquam potest esse aptissimum medium ad divinas perfectiones manifestandas, quemadmodum foret mundus omnium possibilium optimus: hic enim magis quam alii quivis patefaceret divinas perfectiones.

R. ad primum distinguendo inter amorem æstimationis et beneficentiæ. Non potest quidem Deus amare minus bonum præ majori bono amore æstimationis, quia hoc esset erroneum Dei judicium quod admitti non potest. At ex duobus bonis, quorum neutro indiget utique potest magis diligere minus bonum amore beneficentiæ, illudque præ majore eligendo donare actuali existentiæ beneficio.

Ad secundum. Agit quidem insipienter qui minus bonum eligendo præ majori illud eligit quod usibus et finibus statutis minus convenit; sed non perinde insipienter agit qui post habita re in se quidem magis perfecta, sed usibus et finibus intentis minus accommodata illam præfert quæ etsi in se sit minus perfecta, tamen usui et fini contemplato aptissima est. Nulla igitur in Deo reperiri potest insipientia eo quod in se infinite felix et beatus non elegerit mundum omnium absolute possibilium optimum, cum hic quem elegit sit convenientissimus proposito fini obtinendo. Atque hinc eruitur etiam responsio ad paritatem. Tunc nempe eligens minus bonum præ majore foret insipientiæ insimulandus quando nullum usum et finem sibi præstituisset, minime vero si fini præfixo magis congrueret minus ex duobus bonis quorum optio ei data fuerat.

Ad quod tamquam in confirmationem adducebatur vel ex superius dictis refutatur et resolvitur. Nempe finis mundo præfixus est patefactio divinarum perfectionum non in quocumque, sed in hoc præcise gradu. Igitur quamvis mundus perfectior foret medium magis idoneum ad divinas perfectiones nobilius manifestandas, tamen iste optime inservit ad finem a Deo intentum, idest ad suarum perfectionum manifestationem eo in gradu quem sibi proposuit.

Caput quartum.

De Legibus naturæ et effectibus tum naturalibus, tum supernaturalibus.

D. 45
Quid natura

Multiplices sunt vocabuli naturæ acceptiones. Nunc enim sumitur pro rei cujusvis essentia, nunc pro inclinatione aut propensione ad aliquid, modo pro temperamento animalis, interdum pro quadam determinatione ad aliquam rem quemadmodum lapis dicitur natura sua ferri deorsum. Omnes hæ acceptiones naturæ debentur vulgari loquendi usui. Sed per naturam in genere intelligimus principium actionum et passionum enti cuivis intrinsecum; adeoque per naturam mundi de qua hic sermo est, significatur principium actionum et passionum mundo intrinsecum.

Corollarium I.

Omnes igitur potentiæ tam activæ quam passivæ, quæ insunt entibus finitis tam materia-

libus

libus, quam immaterialibus, et omnes leges, quibus ea agunt et aguntur, simul sumpte natu- [illegible]
ram universam proprie constituunt.

Natura cujusvis entis, adeoque natura mundi universa nihil est distinctum ab ente vel mundo Corollarium 2.
cujus est natura. Itaque non est principium enti aut mundo intrinsecum.

Datam nature definitionem ad sola entia finita pertinere liquet ex eo, quod ens infinitum Scholion 1.
non sit passionum capax. Cum tamen natura in viribus activis potissimum consistat, patet
est ens illud, quod activa potentia caret carere etiam natura completa et proprie sumpta.
Quare si omnibus rebus finitis vires vere active denegentur neque ea esse considerentur, nisi imagin-
[illegible] aut nulla proprie sumpta natura in mundo datur, aut natura solo passionum princi-
pio [illegible] quod vel ipsi nomini nature opponitur. Porro vires ad universam naturam [illegible]
[illegible] sunt primo ille agendi facultates que spirituum creatorum nature conveniunt: et [illegible] de
vires motrices corporum [illegible] quibus eorundem motiones [illegible]. Iste vero motrices corpo-
rum vires in vivas et mortuas partiri solent. Vivas vocant eas que cum ipsis motionibus [illegible]
tur, quemadmodum dum corpus grave sibi relictum deorsum tendit in centrum: mortuas illas que
in solo ad motum conatu reponuntur, velut cum corpus grave propter planum subjectum prohibe-
tur ab efficaci exercitio sue gravitatis.

Jam vero inquirendum, utrum in rerum natura cause create sint suorum effectuum vere Scholion 2.
re effectrices, vel potius tantum occasionales? [illegible] quamvis interdum [illegible]
[illegible], tamen sibi male coherent [illegible] demonstrare [illegible] est [illegible]
[illegible] inertiorem neque libertate neque ulla agendi [illegible]. Quam sententiam [illegible]
[illegible]. Nunc de Cartesianis impugnandis [illegible] nos restringimus, qui concessa spiritibus vi vere agendi [illegible]
[illegible] atque [illegible], [illegible] omnibus [illegible] qui in [illegible]
[illegible] eo [illegible] causas [illegible] et [illegible] contendunt adeo ut in rerum natura
[illegible] alienas tantum [illegible] positio [illegible] omnia operetur [illegible]
generales leges a se constitutas [illegible] hanc sententiam [illegible]
ubi ipsi causas creatis verum efficientiam [illegible] ex eo quod vim corpora moventi [illegible]
ducant. Cartesius in sua ad [illegible] epistola [illegible] hanc posse [illegible]
R. Deus neque poenitentia angitur, neque consilia mutat, neque mutabilibus affectibus subjicitur. Affectus nempe humani, quos in scripturis Deo tribui cernimus, in sensu improprio et figurato sunt accipiendi, quemadmodum in figurato sensu accipiuntur illi scripturae textus, in quibus de Dei oculis, manibus etc. fit mentio; in libris namque divinis frequentes sunt locutiones ad ideas nostras familiares accomodatae. Sic Deus dicitur quidpiam desiderare, quod ad id efficiendum opportuna paraverit media. Dicitur cupidus irasci, quia cum punire decreverit: non vero quasi hisce affectionibus sit obnoxius, qui in ens infinite perfectum cadere non possunt. „Neque enim, inquit S. Ambrosius, Deus cogitat sicut homines, ut ei aliqua nova succedat sententia, neque irascitur quasi mutabilis; sed ideo haec dicuntur, ut exprimatur peccatorum nostrorum acerbitas, quae divinam meruerit offensam, tanquam eo usque increverit culpa, ut etiam Deus, qui naturaliter non movetur aut ira aut odio aut passione ulla, provocatus videatur ad iracundiam.

Ninivis subversionem denuntiaverat Deus sub conditione si Ninivitae poenitentiam non egissent. Ezechiae interitum praedixit sub conditione si non oraret, et immutatum non fuisset ordinem causarum secundarum Ezechiae mortem postulantium. Cum autem Ninivitae poenitentiam egissent, et Ezechias orasset, patet mutationem in creaturis, et ipse factam non in Deo. Legem autem veterem pariter ab aeterno constituit, ut dum illam tolleret, illam ante dedit, ut subinde abrogaret. Deus igitur nova facit, non novo, sed sempiterno consilio, stabilisque manens dat cuncta moveri.

28. Respondetur ad objectionem contra 3 partem

[illegible] liberum indifferentem, apponitur et indeterminatum ad agendum, vel non agendum. Atqui Deus numquam fuit indifferens et indeterminatus quoad res extra se agendas, ergo numquam fuit liber. Sane si aeterna et immutabilia sunt decreta Dei, quomodo cum iis conciliari poterit divina libertas?

R. Ad divinam libertatem non est necesse ut suspensa et indeterminata maneat. Sic enim [illegible] libertatis [illegible] ut Deum esse indifferentem et indeterminatum in quantum nulla, sive interiori sive exteriori necessitate cogente sese determinaverit. Illa namque determinatio et verè est ipse inesse creaverit a tota aeternitate.

Ut Deus sit immutabilis non aliud requiritur, quam ut ejus volitiones et decreta a tota aeternitate Deo insint, neque in totam aeternitatem variari possint. Ut sit liber satis est si volitio rerum contingenter existentium sit Deo contingens, quoniam [illegible] libere non decerneret, et non decerneret ita ut posset non decernere. [illegible] non diffitemur hanc esse [illegible] arcanum hactenus nobis [illegible] quodque celeberrimos Philosophorum et Theologorum torquet. [illegible] liberrimum. [illegible] in eodem subjecto non posse consistere. [illegible] igitur certum divinam [illegible] necessario [illegible] extorqueat assensum, [illegible] apparent, [illegible] attributa [illegible] quae ex limitata nostrae intelligentiae provenit. Jam vero [illegible] omnino [illegible] contradictionem apparentem, vel ignorantiam modi, quo absoluta Dei immutabilitas cum libertate concilietur.

R. Deus non immutabiliter decreti a tota aeternitate [illegible] actu etiam ab extra semper agit necessario: ergo [illegible] summe bonum, [illegible] bonum sua natura sit diffusivum sui [illegible] determinasse ad res [illegible] bonitatem extra [illegible] ratio [illegible] necessario [illegible] etiam rationatum [illegible] bonitatem necessario manifestari [illegible] absurdum.

[illegible] aliquid [illegible] necessario fieri, quando determinatio [illegible] necessaria fuit. Si vero libera [illegible] determinatio [illegible] postea sit etiam actu necessario fiat. Deus autem libere sese determinavit ad efficiendas res a [illegible] quamvis [illegible] immutabilitatem actu operetur necessario, tamen quoniam [illegible] liberrimum est [illegible] libere [illegible] etiam [illegible] necessario fiat, tamen [illegible] libera determinatio liber est.

[illegible] summa Dei bonitate consequitur esse in Deo quandam propensionem ad res creandas, non vero necessitatem [illegible] ad [illegible] extra se [illegible] dicetiam [illegible] [illegible] propensionem utique sentit ac bonum suum communicandum, sed non aliam non necessitatem.

Ad [illegible] Deus quaecumque facit sapienter [illegible] utique aderat ratio, cur suam extra se bonitatem [illegible] ratio esse [illegible] ut [illegible] velle posset, non autem ut vellet necessario, quoniam extra se [illegible] vero sibi sufficientissimus et nullius rei indiget. Porro libertas [illegible] Deo [illegible] peculiare est quod necessitatem [illegible] summa libertas [illegible] neque extra Deum [illegible] ad operandum extra se; Deus res a [illegible]

tivitas producendo, et summa sapientia est operatur et simul summa libertate, ita ut etiamsi hos vel non produceret, ta=
men non esset insipientiae redarguendus, eo quod ex beneficentia, non a necessitate facit quaecumque facit.

Quaecumque dicta sunt ad Dei simplicitatem, infinitum intellectum et perfectissimam voluntatem evincendam, si conferan= Scholion
tur cum notione spiritus exhibita Psicologiae cap. 1. optime demonstrant Deum esse spiritum infinitum.

Deus est omnipotens. 20
Prob. Illud est omnipotens, quod omnibus, quae contradictionem non involvunt, existentiam largiri potest atqui ma= Prop. 6.
jor modicus est Deus: ergo. Min. prob. Ex dictis Cosmologiae cap. 1 solus Deus est causa efficiens hujus modi non solum quoad compositionem
et ordinem partium sed etiam quoad creationem. ergo Deus revera quibusvis saltem rebus ad existendum aptis tribuit existentiam.
Sed si sic datur in Deo potentia. Ista autem debet esse realitas, quia in Deo nulla negatio [illegible] habet. Atqui nulla [illegible] eo adversa.
[illegible] non est infinita. ergo Deo convenit vis infinita. Si vero aliquid esset aptum ad existendum quod Deus sua potentia producere non
posset, haec limitata foret atque finita. quidquid igitur aptum est ad existendum, fieri potest per potentiam Dei. Atqui ens hac atque Scholion.
illimitata potentia gaudens est omnipotens. ergo Deus est omnipotens.

Non officit divinae omnipotentiae quod impossibilia facere nequeat. Non enim ad omnipotentiam pertinent ea quae repugnant.
Porro cum impossibilia Deus produceret, produceret contradictoria quae simul existere prorsus repugnant. Insuper neque potest velle im=
possibilia facere. Nam primo hoc ipso quod est omniscius, dum aliquid facere vult, novit illud esse possibile. existentia enim supponit
possibilitatem. Deinde si vellet facere, quod est impossibile, illud supponeret possibile, et proinde erraret. Secundo in Deo autem error
intellectus nullo modo esse potest (num. 23 [illegible] 2 2.) ergo non potest velle impossibilia facere et si facere potest quidquid vult.

30

Deus est summe beneficus, justus, verax et fidelis.
Prob. 1 pars. Beneficentia seu bonitas est singularis voluntatis propensio ad aliorum felicitatem promovendam (Cosmologiae cap. 3 Prop. 7.
num. 36.); atqui Deus, quantum in se est, habet hanc voluntatem. Quid quid enim perfectionis et felicitatis inest creaturis, id illa operam
[illegible] [illegible] et eo procedit qui et mundi et omnium quae in eo sunt est [illegible]. Deus igitur est summe beneficus et bonus.
Prob. 2 pars. Justitia spectata quatenus in Deo est non est aliud, quam ordinatissima [illegible] voluntas [illegible] in ordine ad res creatas. Non
est nisi bonitas sapienter administrata. Atqui utraque in Deo sit necesse est ergo. Min. prob. Divina quidem voluntas cohaeret sive
porro cum ordinatissimo et aeterno suo intellectu, quia inter intellectum et voluntatem pugna esse non potest. Deinde nequit
voluntas illum evertere vel perturbare ordinem quem intellectui voluntatem dirigens a tota aeternitate conceperat. Praeterea
cum Deus sit summe bonus et simul summe sapiens, dum suam bonitatem exercet, illam administrare debet sapientissime;
jam vero [illegible] constituunt veri nominis justitiam; tam si spectetur quatenus in Deo est quam si respiciatur in ordine
ad res creatas. ergo Deus summe justus est.
Prob. 3 pars. Veracitas est constans voluntas numquam dicendi falsum, atqui inest Deo constans haec voluntas: ergo. Maj. prob.
Deus omniscius falli non potest. Deus sanctissimus non potest fallere. ergo in ipso constans voluntas sit oportet numquam
dicendi falsum. Deus igitur est summe verax.
Prob. 4 pars. Fidelitas est illa realitas et perfectio, ex cujus promissa constanter servantur. Jam vero Deus promissis dee=
sse non potest nisi vel quia sincere non promisit vel quia sine ratione mutatur vel quia cum ratione mutatur vel denique
quia promissa implere non valet. Atqui nihil horum citra absurdum dici potest. Non primum quia non esset sum=
me verax. Non secundum, quia inconstans esset, quod imperfectionem importat. Non tertium quia rationem
qua rationem mutaret quam prius ignoraret, adeoque non esset omniscius. Non ultimum, quia non foret om=
nipotens. Deus igitur est essentialiter fidelissimus.

Quae contra Dei bonitatem comminiscuntur impii, ad trutinam revocabuntur [illegible] [illegible] videtur notio divi= Scholion.
nae justitiae spectatae in ordine ad res creatas, sic declarat [illegible] Theologia naturalis sectione prima cap. [illegible]
summus in civitate imperans delinquentes nec nimia severitate nec lenitate [illegible] punire, justus existimatur.
Bonitas vero [illegible] facit ut primo singulis adeoque etiam delinquenti non male sed bene velit adeoque malit reconcilia=
tione quam punire. Secundo, ut totam reipublicae systema securum et tranquillum non a male feriatis turbari
dum velit. Tertio sapientia ipsi ostendit non punitionem malefacit omni nequitiae subditorum fore pandere vel
salutem omnium evertere. Quarto sapienter igitur administratur bonitatem punit non nimis leniter ob bonita=
tem erga totam rempublicam, nec nimis severe ob bonitatem erga singulos, atque ita juste punit. Sic au=
tem concepta divina justitia relate ad creaturas clare conspicitur poenarum aeternitatem cum bonitate
divina minime repugnare.

Caput tertium.

De actionibus Dei in res creatas.

31 De quibus hic sermo: Actiones, quas Deus in res creatas exercet quasque hic expendere intendimus, generatim revocantur ad creationem, conservationem, concursum, gubernationem et providentiam.

32. Prop. 1 Vis creandi est infinita et soli Deo competit.

Prob. 1. pars. Vis creandi est potentia aliquid educendi ex nihilo tum sui tum subjecti (Cosmologiæ cap. 1. num. 7.); atqui hæc est infinita: ergo. Min. prob. Res nondum existens sui productionem nec adjuvare neque impedire potest: utrumque enim est agere, agere autem supponit entis existentiam. Ergo causa in cujus facultate est vis, ut ulla res creanda sit, apta esse debet etiam dare existentiam cuivis rei [illegible]. Atqui hujusmodi vis est infinita: ergo vis creandi est infinita.

Prob. 2da pars. Potentia creandi est infinita adeoque ipsa omnipotentia (cap. [illegible] num. 29.) ergo [illegible] tantum competit vis creandi cui competit omnipotentia. Atqui soli Deo competit omnipotentia: ergo soli Deo competit vis creandi.

Corollaria Vis igitur creativa nullo pacto potest competere enti finito. Quamvis autem infirma nostra intelligendi ratio non assequatur, quomodo quid ex nihilo produci possit, non inde sequitur hoc repugnare. Profecto arrogans nimis foret qui eo, quod creativæ actionis modum ignoret, inferre vellet Deum omnipotentem non posse quidpiam ex nihilo educere.

33. Quid et quotuplex conservatio? Conservatio est actio qua efficitur ut res creatæ existere perseverent. Distinguitur in directam et positivam et in indirectam et negativam. Dicitur directa et positiva, si [illegible] existere pergant, necessario requiritur continuatio ejus positivæ [illegible] [illegible] [illegible], cujus efficacia ex nihilo conditæ sunt. Dicitur indirecta et negativa, si res in existentia perdurent ideo quod [illegible] ipsis existentiam positive non velit adimere. Deum, si velit, omnes res creatas in nihilum redigere posse, nemo negaverit. [illegible] manifestum creaturas indigere negativa et indirecta conservatione, ut existere pergant. Ast num quid opus habent etiam conservatione directa, seu quæ conservatio dicenda sit continuata creatio?

34 Prop. 2 Creaturæ ut existere perseverent constanter indigent directa Dei conservatione.

Prob. Si creaturæ non indigerent directa conservatione divina, ratio sufficiens cur existere perseverent in ipsis contineretur: atqui hoc dici non potest. Quævis enim res etiam postquam est omnino indifferens est, ut esse cesset quemadmodum indifferens est ut esse [illegible] [illegible] necessaria connexio inter primum et secundum existentiæ momentum, sicut nulla est inter nihilum rei et [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] Deo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Deinde [illegible] [illegible] Dei decreto ut entia creata existere [illegible], et ne in nihilum recidant multum commendat divinæ majestatis amplitudinem. Porro [illegible] Deo tribuentur in res creatas [illegible], quo majus, [illegible] natura dari non potest. [illegible] autem conservatione positiva amplissimum Dei dominium [illegible] nam multo magis a Deo pendent creaturæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] existere.

Præterea vel vult Deus me modo existere vel non vult vel est circa meam existentiam [illegible]. Si non vult, ergo [illegible] illico [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ergo est [illegible] [illegible] aliqua [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ergo positive [illegible] meam debeo existentiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in tempore [illegible] esse vel [illegible] [illegible] [illegible] quo mundus [illegible] [illegible] est vel [illegible] [illegible]. Secundum dici non potest quia nulla est [illegible] [illegible] Deum; [illegible] igitur [illegible], quod quidem semper idem decretum [illegible] [illegible] [illegible] ad totam mundi [illegible] [illegible]. Ergo Deus [illegible] in conservando mundum qui [illegible] decreto suæ voluntatis [illegible] [illegible] in existendo perseverantiam.

Corollaria [illegible] conservatio est continuata creatio. Si enim per eam actio [illegible] existentiam, [illegible] creatum in existentia perseverare debet, illa autem actio est creatio [illegible] [illegible] continuatur [illegible] [illegible] creatum existere perseverat [illegible] continuata creatio est, ut [illegible] creatum produxit in existentia. Actio autem [illegible] [illegible] creatum continuat existentiam est continuata creatio.

Quare tamdiu in existentia [illegible] creaturæ quamdiu perseverat positiva Dei actio, hac sublata creaturæ in nihilum [illegible] [illegible] est. Annihilare autem est cessare a conservatione positiva. Cum igitur vis creandi et conservandi sit unius Dei propria, soli Deo competere potest etiam vis annihilandi.

35 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Pertinet ad divinam omnipotentiam producere entia quæ in eo statu perseverare [illegible] in quo semel posita sunt, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per se existere pergant.

[illegible] [illegible] [illegible] pertinet [illegible] ut res in eo statu in quo ab ipso posita sunt persistent ipso conservante non autem ut ultra suam conservationem [illegible] virtute in [illegible] [illegible] perseverent. Non enim ad Deum pertinet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] rerum in existentia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] potest.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] postquam existere [illegible] non indiget amplius artificis [illegible] ut existere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] actione existere cæperint eadem actione non amplius [illegible] [illegible], ut existere [illegible]

R. Substantiæ ex quibus artefactum aliquod componitur non accipiunt ab artifice suam existentiam, et tantum aliquem coexistendi modum quem naturaliter conservant quamdiu una cum propriis viribus a Deo conservantur, neque ab alia externa causa ad alium coexistendi modum determinantur. At res creatum nil in se habet per quod existentiam a Deo acceptam continuare possit. Si igitur eam sine Dei actione continuaret, eam continuaret sine ratione sufficiente, quod est absurdum.

Ob. 8 Quævis substantia per se subsistit. ergo non indiget conservatione divina. Deinde nonne perfectius est opus quod sine existentia artificis peragit motus suos?

R. Ex dictis Ontologiæ cap. 4 num. 85 substantiæ creatæ per se subsistunt, id est sine alia re creata, cui inhæreant, quod accidentibus non convenit. Non possunt tamen existere sine creatore et conservatore. Ad id quod additur respondendum est opus quod sine creati artificis existentia moveri nequit, carere perfectione aliqua cujus natura sua capax est, quamque artifex potuit et debebat illi conferre. Ast necesse creaturarum immutata natura, nec supremæ Dei potestas et dominium permittunt ut res creatæ Dei conservatione non indigeant.

Res unum ad alterius actionem concurrere dicitur, quando in illius actione ratio continetur cur altera agat. Qui consilium dat, inquit Boerhaave Theologiæ naturalis sectione secunda cap. 2, qui instrumenta mutuo dat, qui porrigit materiam circa quam versatur actio &c, aliquid rationis continet, cur agat; ad actiones alterius concurrere usu loquendi conformiter dicitur. — 96. Quid concursus ad agendum?

Dei concursus dividitur primo in mediatum et immediatum. Mediatum dicitur, cum Deus ideo tantum ad effectus existentiam concurrit quia causæ contulit existentiam et vim agendi cetera causis relinquens. Immediatus si Deus concurrat non minus ad effectus, quam ad causæ existentiam. Dividitur secundo in generalem et specialem. Generalis et physicus dicitur concursus qui ad omnes creaturarum actiones extenditur, specialis autem et moralis, qui ad aliquas tantum quorumdam entium creatorum actiones porrigitur. — 97. Quotuplex Dei concursus?

98.

Deus præstat generalem et immediatum concursum ad omnes creaturarum creaturarum actiones, specialem vero et moralem ad actiones hominum moraliter bonas.

Prob. 1 pars. Qui actione sua efficit, ut creaturæ existant, et habeant vim agendi, is profecto in sua actione rationem continet cur creatura agat, et vere concurrere dicitur ad actionem alterius. Atqui Deus actione sua efficit ut entia eius existere pergant, et sic habeant et retineant vim agendi: ergo in Dei actione ratio continetur, cur creatura agat, atque adeo Deus ad omnes creaturarum actiones concurrit generali et physico concursu. Est autem immediatus concursus iste. Nam Deus positive conservat causas creatas in eo etiam statu, quem agendo obtinent, et earum agendi vires dum eum agunt. Atqui hoc est concurrere non minus ad existentiam effectus quam ad existentiam causæ. ergo &c. Min. prob. Si Deus positive conservat causam in eo etiam statu, quem agendo obtinet, illa a Deo pendet non solum quatenus potest agere, sed etiam quatenus agit. Sed hoc est ex parte Dei concurrere non minus ad existentiam effectus quam ad existentiam causæ. ergo generalis et immediatus est concursus, quem Deus ad omnes creaturarum actiones præstat.

Prob. 2 pars. Actiones moraliter bonæ sunt illæ, quarum exercitium præcipit lex moralis per rationem omnibus promulgata. Ad has actiones Deus concurrit constituendo legem, suadendo, hortando, præmia et pœnas proponendo, atqui iste est concursus specialis et moralis: ergo ad actiones hominum moraliter bonas Deus concurrit concursu speciali et morali.

Obj. 1 Creaturæ cum completam agendi vim a Deo acceperint, immediato Dei concursu non indigent. Deinde unus idemque effectus a Deo simul et a creatura pendere non potest. unicus enim effectus a duplici causa produci nequit. — 39. Diluuntur objecta.

R. Creaturis inest vis agendi completa solum cum dependentia ab actione Dei. Vis enim ipsis collata a Deo extinguere [illegible] creaturam. Non vero ejusmodi, ut sit independens a primo motore et agente. Ad eundem effectum requiritur actio Dei tamquam causæ primæ, sine qua creatura agere nequit, requiritur actio creaturæ tamquam causæ secundæ, quia secus actio esset solius Dei, et nullo modo creaturæ. Idem igitur effectus et a Deo et a creaturis pendere potest. Quamvis enim unus et idem effectus nequeat produci a duabus causis quarum una alteri non subjiciatur, potest tamen produci, si una causa sit alteri subjecta. Porro causæ creatæ a Deo dependent tamquam causæ secundæ a causa prima.

Obj. 2 Deus concurrere nequit ad actiones humanas ergo [illegible], nam si concurreret ad actiones malas esset auctor mali moralis, seu peccati. Sed hoc sine blasphemia de Deo dici non potest ergo [illegible]

R. Deus quidem non potest concurrere ad actiones malas in facie consideratas quatenus malæ sunt, utique vero si spectentur in genere physico. Sunt actiones et mutationes [illegible]. Actus enim [illegible] in genere physico pendet a divino concursu, in specie autem consideratus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Ut id intelligatur advertendum est actiones humanas sive internas sive externas spectari posse vel physice vel moraliter. Actiones internae spectantur physice quatenus sunt animae modificationes seu mutationes in anima contingentes; spectantur moraliter, quatenus sunt bonae vel malae, nempe legibus conformes sive difformes. Actiones externae spectantur physice in quantum sunt motiones corporeae ob animae nutum [illegible] et respondentes modificationibus animae; spectantur moraliter in quantum corporis [illegible] sive modificationes bonae sunt vel malae. Ex hinc facile apparet Deum concurrere quidem ad id quod physicum est in actionibus malis, non autem ad id quod est morale seu malum, seu Deum concurrere ad actum malum materialiter sive physice sumptum, minime vero ad actum peccati formaliter seu moraliter spectatum quatenus malum est, ideoque non esse mali moralis sive peccati auctorem. Sane quod fur brachium extendere velit ad rem alienam Divino concursui tribuendum est et ei attributum ferendum est quod ad animae nutum brachium extendere valeat. Quod autem velit brachium extendere ad rem alienam surripiendam et ea intentione [illegible] manum porrigat, id est non nisi hominis sua libertate abutentis. Brachii extensio et hujus extensionis volitio sunt quid physicum et naturale homini; actionis autem tendentia in rem alienam habet moralitatem et mala est. Deus igitur concurrit ad id quod est physicum in actione furis non vero ad id, quod est morale. Nempe physicum tantum actionis indiget concursu divino, non autem malum morale quidem. Namque Deo concurrente potest fur anima ostari et corpore et velle et ad animae nutum movere brachium, in quantum vero vult et movet brachium ad aliena auferenda, hoc est hominis sua libertate abutentis.

40 Quid gubernatio

Gubernatio est dispositio dirigens actiones causarum ad certum aliquem finem: in exemplo est exercitus vel reip. gubernator.

41 Prop. 4.

Deus mundum et omnia quae in ipso sunt et fiunt assidue gubernat.

Prob. Deus sapientiss. hunc mundum creavit et condidit ut medium accommodatissimum ad finem, qui repertum (eundo gist. num. 41). Erat illi creatum ea ratione, ex qua in optimo gradu obtineat finem totum, atqui adeo necesse est disponere et dirigere potenter jam mundana entia, quam eorum actiones ad finem praestitutum. Ergo postulat sapientia Dei ut omnia quae in mundo sunt et fiunt optime disponat et dirigat ad finem. Sed hoc est gubernare. Ergo Deus mundum et omnia, quae in eo sunt et fiunt, assidue gubernat.

42 Quid est et quotuplex providentia

Nomine providentiae venit cura illa qua Deus rebus a se distinctis ita intendit ut eas perpetuo conservet, gubernet, eorumque actionibus concurrat et ad debitum finem dirigat. Divina providentia dividitur generalis, quae aequaliter ad omnia entia, [illegible], quae singulari modo ad quaedam rerum genera porrigitur.

43 Divinae providentiae hostes

Nostri quaere neque hodierni desunt divinae providentiae hostes quos in genere Deistas nominamus. Primo occurunt Athei qui Deum negantes omnia casu et fortunae fieri stultissime arbitrantur. Accedunt Pantheistae quorum dux Spinoza tollendo omnem in natura finem evertit etiam providentiam quae finem intendere [illegible]. Sequuntur Fatalistae omnes, qui fatum quoddam [illegible], quod vel divinam vel humanam, vel utramque libertatem eliminat, aut nullam agnoscunt, aut ejusmodi providentiam admittunt, quae Deo vel rerum naturae non competit. In eundem censum veniunt illi qui eam certis limitibus coarctarunt, usque ad lunam putabant descendere Dei providentiam, quae primo Aristoteli tribuitur a S. Ambrosio. Tandem propter veteres quosdam haereticos, una de istorum numero etiam hii, qui dicunt Deum universalia quidem, nempe rerum genera et species, et praecipuas mundi physici partes, tum etiam imperia et nationes curare, singularia autem et minora negligere ne fortasse fatigetur, et velutti curis obruatur.

44. Prop. 5.

Deus providentia sua quaecumque res creatas sive magnas sive parvas curam gerit.

Prob. 1. Deus omnes res creatas conservat, gubernat, et earum actiones concurrit eas ad finem dirigit (num. 34. 38. 4.). Ergo omnium et singulorum entium mundanorum curam gerit. Haec autem cura est utique providentia. Ergo a.

Prob. 2. Decet divinam bonitatem et sapientiam mundum conditum negligere et casui vel fortunae committere quis operator inquit S. Ambrosius de offic. lib. 1. cap. 13. negligat sui operis curam? Quis deserat, aut destituat quod ipse constituendum putavit? Si injuria est regere, nonne major injuria est fecisse? Profecto justissime objurgaremus homines, si partus sui derelinquerent commagis quia neque bruta partus in lucem editos deserunt. Deus igitur providus est, quia providentia perfectus est.

[illegible]

rem autem Deo convenit. Quare ita concludit Balbus apud Tullium: Ergo utrum ignorant Dii quae res maximae quae maxime sint, quoque eas modo tractandae et tuendae? An vim non habent qua tantas res sustineant et gerant? At et ignoratio rerum aliena naturae Deorum est, et sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in majestatem Deorum. Ex quo efficitur id quod volumus: Deorum providentia mundum et omnia quae in eo sunt administrari. Sane quod omnes tam contraria fuit et est ulla nunc religio extra Deum quantumvis ea quae de Dei existentia [illegible] Verum, si Dei providentia inquit S. Augustinus, non praesidet rebus humanis, nihil est de religione satagendum. Namque, qui jam vanum quod facerent tam studium, quam templa aedificare, sacrificia facere dona conferre rem familiarem minuere ut [illegible] [illegible]?

Prob. 4. ipsa quam omnium mundi machina moderatricem supremi entis providentiam manifesto sequitur. Qui enim licere hunc hominem dixerit qui cum tam certos caeli motus tamque astrorum ordines, tamque omnia inter se connexa et apta viderit, neget in his ullam inesse rationem eaque casu fieri dicat, quae quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? Profecto cum tellurem animalia, plantas hominem et cetera tamquam contemplanti necnon creaturarum eas ordinem naturam et cetera sequenti [illegible] vel invito manifesta divinae providentiae argumenta igitur in mentem [illegible] qui tam lucu[lentam] veritatem vel inficiari, vel in dubium revocare non erubescat.

Cum inter alia, quae occurrunt in medium afferant divinae providentiae et bonitati, sint innumera mala quae sunt in mundo, necesse est ut antequam deveniamus ad difficultates enodandas, examinemus quid et quotuplex sit malum, et de K. [illegible] Dei existentia cap. 1. num. 8. necnon [illegible] num. 30 scholio. Scholion.

Quidquid ens, quatenus tale deteriorem et imperfectiorem reddit in genere dicitur malum. Aliud autem dicitur metaphysicum et consistit in deficientia a summa et infinita perfectione, aliud physicum quod ad omnes animi et corporis [illegible] externis, et aliud morale quod in libera legis moralis transgressione situm est. 45 Quid et quotuplex malum?

Malum metaphysicum cum sit deficientia a summa perfectione ejusque non sint capaces creaturae inest necessario rebus creatis, atque adeo nihil ex eo arguit contra divinam bonitatem et providentiam. 46. An haec mala opponantur divinae bonitati et providentiae?

Malum physicum provenit ex statuto rerum necessariarum cursu naturae et ab ipsa finita hominis natura, jam vero cum Deus non teneatur neque agere possit ad entia creata contra naturale eorum [illegible] gubernanda, ex hoc malo physico nihil contra Dei bonitatem et providentiam posse concludi. Idque eo magis confirmatur ex eo quod plurima bona largiter compensant eos, qui physicis malis premuntur. Praeterea ejusmodi mala [illegible], ad virtutis exercitium manuducunt, praesentium rerum contemptum docent et futurae vitae desiderium inspirant.

Malum morale dependet ex malo metaphysico humana libertate et lege morali. Non solum autem malum metaphysicum prout dictum est, sed neque humana libertas, aut lex moralis tantillum opponitur divinae bonitati et providentiae. Nam libertas tam in se quam ex consilio concedentis est bona, quia eo fine fuit homini concessa, ut fugiendo malum et sectando virtutem consequeretur laudem et praemium. Abusus autem hujus libertatis cum ab hominis malitia pendeat, divinae bonitati et providentiae non officit. Deus quippe non tenetur impedire mala ea, quae culpa sua facit homo contra praecepta et collata auxilia. Deus autem fines optimos consequitur etiam ex libertatis abusu. Sic enim Dei justitia manifestatur in puniendo misericordia in condonando longanimitas in tolerando. Si peccatores moventur ad humilitatis, poenitentiae, satisfactionis et aliarum virtutum actus, injuste vexati ad constantiae et patientiae et fortitudinis exemplum atque exercitium. Lex autem moralis manifesto ostendit divinam bonitatem et providentiam. Cum enim sit divinae voluntatis imperium necessario praecipiens ea quae ad finis consecutionem inducunt, et illa prohibens, quae arcent a fine est maximum argumentum ad felicitatem comparandam. Etenim sine ista face intellectus limitatus posset errare in cognitione finis et infirma voluntas a rectitudinis via posset deficere. Permissio igitur mali moralis nullatenus obest divinae bonitati et providentiae.

47. Enodantur objectiones contra divinam bonitatem et providentiam?

Objicies 1. cum Epicuro: — Deus aut vult tollere mala et non potest, aut potest et non vult, aut neque potest neque vult. Si vult et non potest, imbecillus est quod in Deum non cadit. Si potest, et non vult invidus est, quod aeque est alienum a Deo. Si neque vult, neque potest, et invidus est, et imbecillus adeoque neque Deus. Si vult et potest quod solum Deo convenit; unde sunt mala et cur ea non tollit? —

R. Ex dictis facile solvitur ista cavillatio. Deus nempe nec potest nec vult tollere mala metaphysica neque id [illegible] imbecillus est, aut invidus, eo quod neque ad divinam omnipotentiam pertinet impossibilia facere neque invidia est non [illegible] ea quae removeri non possunt. Mala physica tollere quidem potest, sed non vult neque tamen est invidus aut mal[e]

velut

verius, ut superius dictum est et cognitis interdum aliis omnia subsidia deessent. Cum enim ad tempus voluerit nos in hoc corpore morari, necesse non erat de omnibus medio providere, quibus semper vivere possemus. Tantum cum constet itaque nullam in Deum redundare invidiam, aut malevolentiam, etiam si non sciat quam[illegible] possit mala moralia impedire.

Obj. 2. contra Bailio. Non stant divina bonitas et providentia cum libertate hominibus concessa, quia libertate dona [illegible] miseros reddunt patrando delicta pro quibus merent poenas aeternas. Quamvis enim libertatis abusus vertendus sit vitio hominis, tamen culpandus est Deus qui hanc abusum praevidens donum concessit, quod pessimum est et fatale. Sane ut constaret de Dei benignitate et providentia in nos, ejusmodi libertatem debuisset nobis elargiri qua vel numquam peccavissemus vel altem de commissis delictis poenitentiam egissemus ad sempiterna vitanda supplicia. Quod autem non fecit ubi facere posset. Mala igitur moralia nequeunt cum divina bonitate et providentia consistere.

R. Dum sic arguit Bailius, non solum de more nocet [illegible] sed etiam criminatur. Si ex libertatis abusu homines saepe redduntur miseri, hoc eorum culpa contingit, non autem expers consilio quasi ad fraudem fuerit creaturis rationalibus concessa libertas. Deus optimus provisor libertatem hominibus indulsit, ut bene agerent, homines autem hoc dono abutentes illam converterunt in fraudem et malitiam. Neque hujus abusus permissio a Deo facta quidquam detrahit divinae bonitati et providentiae. Deus enim cum sinere capiat hominem fabricatum, neque omnimoda auxilia dispendet ad beatitudinis consecutionem, et peculiari studio commovere quoque et providus erga hominem. Numquid autem potestis in Deo bonitatis defectum colligi, quia providerit futurum ut homo libertatis dono abutens, creata ab illo et in sua potestate posita servum daret? Cur ergo et non insimulandus erit Deus, quia cum libertatem concessit hominibus ut illa recte utentes supremam et aeternam felicitatem valerent promereri? Abusus igitur doni hominibus istis, sine quo non essent homines, Deo erit imputandus? Est ne aliqua ratio quae Deo necessitatem imponat, ut omni, quo potest modo cujusquam felicitatem curet? Si autem hominis lapsum permittit quem impedire posset, nonne dicendus erit gravissimas habere rationes, in [illegible] sapientia fundatas. Non est dubitandum ait enim S. Augustinus Deum facere bene etiam, [illegible] fieri, quaecumque fiant male, non enim hoc nisi justo judicio sinit. Quare nihil de Dei bonitate decedit quia ejusmodi libertatem non concessit homini, qua vel numquam peccasset, vel saltem poenitentiam egisset. Nam etiam supervenitione stante, quicumque perit, sua culpa perit. Dei [illegible] ideo paratum [illegible] malefacit qua sincere vult omnes esse felices, omnibus [illegible] auxilia praebet, praemia praestanti et poenas contumaces punit, atque in hoc ipso bonitatem suam exercet, prout dictum est cap. 2 num 30 : [illegible].

Obj. 3. Summa rerum humanarum confusio aperte convincit nullum esse providentiam. Scelestissimis enim prospera fortuna favet, dum probos viros variae calamitates persecuntur. Videmus quis [illegible] a primo scelere commisso e vivis tollitur, dum alii impune scelera sceleribus cumulant, et tempus et occasionem resipiscendi obtinent.

R. huic argumento in quo tantopere Bailii sese effundit oratio multiplex est responsio. Primo quis bonus aliquando delinquit, quis malus actionem aliquam moraliter bonam aliquando exercet. [illegible] igitur justissima Dei providentia [illegible] boni in hac vita poenis afficiuntur, et mali praemiis, praesertim quia isti nullam in altera vita mercedem expectant. Vim nempe haberet objectio si vita ista status foret fixus et permanens, et non status probationis cum altera vita necessario connexus. At omnis difficultas corruit, si animadvertamus, [illegible] a nobis agi, dum hanc vitam vivimus, et post hanc peractam futurum locum et tempus, justi [illegible] et praemiorum distributori.

Deinde temporaria bona neque sunt congruum vere virtuti praemium neque vitio poena conveniens et Deus summa gaudet ita concedens libertate. Iste igitur potest temporariis imminentibus mala et temporalibus poenis, concurrere bonos. Placuit quippe, ait S. Augustinus, divinae providentiae praeparare in posterum bona justis, quibus non fruentur injusti; et mala impiis, quibus non excruciabuntur boni. Ista vero temporalia bona et mala voluit utrisque esse communia ut nec bona cupidius appetantur, quae mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter evitentur, quibus et boni [illegible] afficiuntur, et. Iterum. Si Deus nunc omne peccatum manifesto plecteret poena, nihil ultimo judicio reservari putaretur. Rursus si nullum peccatum nunc puniret aperte divinitas, nulla esse providentia divina crederetur. Similiter in rebus secundis, si non eas Deus quibusdam petentibus evidentissima largitate concederet, non ad eum ista pertinere diceremus. Itemque si omnibus eas petentibus daret, nonnisi propter talia praemia illi serviendum esse arbitraremur: nec pios nos faceret talis servitus, sed potius cupidos et avaros. His omnibus adde, impiorum felicitatem numquam veram sed solum apparentem esse.

Ad alterum respondetur Deo [illegible] esse jus aeternam infligendi poenam ob scelus admissum: ad id autem [illegible] nulla obligatione adstringi. Quare cum punit jure suo utitur: dum poenam differt, clementia indulget. Tu autem erga alios jure tuo, ergo alios clementia utentem reprehendas? Numquid benignitas aliquibus concessa fac[illegible]

alii jus ad eundem favorem? Numquid summa bonitas malitiam hominum fovere debet. Profecto haec in immensum major foret, si nunquam illico ad spectantium terrorem culpa ad mensura puniretur.

Obj. 4. Est majestate divina prorsus indignum ut cuncta etiam minima et vilissima per se curet. Absurdum enim est, inquit S. Hieronymus, ad hoc Dei deducere majestatem, ut sciat per singula momenta quot nascantur culices, quotve moriantur. Deinde haec cujuslibet minimi entis cura et anxietas quomodo cum summa Dei felicitate poterit componi? Nonne Deus, sic dicendus esset implicatus negotiis molestis et operosis?

R. Non est Deo indignum ea omnia a Deo gubernari, quae ab ipso creata sunt et singulis momentis conservantur. Omnia creata ad instar nihili sunt coram Deo neque oculis ejus est distinctio inter magnum et parvum. Quaecumque vilia nobis videntur, talia non sunt apud Deum, qui omnium sive proximum sive remotum finem et usum cognoscit. Universalis hujusmodi cura non solum divinae majestati non derogat, sed imo summam ejus perfectionem patefacit, dum indicat nihil evenire nisi Deo volente vel permittente. S. Hieronymus illum tantum a rebus quae viles apparent, excludit providentiam quam specialem dicimus, et qua entia rationalia gubernantur. En verba quae subnectit: „non simul tam fatui adulatores Dei ut dum potentiam ejus ad ima detrahimus, in nos ipsos injuriosi simus, eandem rationabilium quam irrationabilium providentiam esse dicentes.“ Et alibi: „Si parva animalia absque Deo auctore non decidunt et in omnibus semper est providentia et quae in his peritura sunt, sine Dei voluntate non pereunt, vos qui aeterni estis, non timere debetis quod absque Dei vivatis providentia.“

Ad alterum. Laborare, inquit Plotinus, in opere disponendo nihil aliud esse videtur, quam aliena opera tractare, id est ea in quae quis potestatem non habet. At in iis, quae quis habet in potestate, et quidem solus, quanam re alia indiget, nisi seipso et voluntate sua? Quid igitur per providentiam demi poterit divinae felicitati et beatitudini? Qui simplicissimo et unico suae voluntatis actu omnia e nihilo potuit educere, nonne poterit etiam eodem simplicissimo actu sine ulla molestia vel labore cuncta conservare, regere et moderari, quomodo et donec sibi libet?

Pro reliquis objectionibus resolvendis haec probe sunt attendenda. Nil tribuitur divinae providentiae, si certae nationes Sinoren.
barbarae, quae pro honestis habeant illa, quae omnino adversantur naturae legibus. Namque ex culpa ignorant has leges, si forte ignorent; adeoque suam infelicitatem ne tribuant divinae providentiae. Quod si absque culpa has leges ignorarent, earum ignoratio ipsis non esset in fraudem, atque adeo non haberent quod de Divina Providentia conquererentur. Ostenditur autem in Ethica neminem rationis compotem posse citra culpam communes naturae leges ignorare et Theologia revelata docet, quomodo nemo suae infelicitatis causam in Deum possit conjicere in hac providentia, in qua sine vera fide a nemine assequi potest salus aeterna.

Praeterea Deus in mundo creando eum sibi tamquam finem praestituit moralium suarum perfectionum manifestationem, quae per liberos et moraliter honestos creaturarum actus comparatur. Quare corporum mundanorum materialis pulchritudo, et quodvis temporale bonum est loco longe inferiori constituendum, atque habendum duntaxat tamquam medium ordinatum ad nobilissimum illum finem. Igitur quoniam noster intellectus clare non perspicit quomodo omnes mundi eventus, et omnia physica mala ad moralem actionum honestatem conducant, temere et audacter ageremus, si quod contra divinam Providentiam vellemus proferre judicium.

Insuper quemadmodum bestiae hominum consilia non intelligunt imo neque homines, qui rudiores sunt, eos assequuntur, quae in speculationum mente versantur, sic nulla est humana intelligentia, quae vias et media quibus divina providentia utitur, comprehendere valeat. Quae cum nostra sapientia magis distet ab infinita sapientia Dei, quam bellu[a]rum rationis umbra a nostra ratione, neque licet nobis, neque possumus curiosius vel ulterius divinae providentiae consilia perscrutari. Systema enim gubernationis mundi non physicum tantum est, sed etiam morale, et hoc non morale tantum, sed etiam supernaturale quoniam sicut magistra homo ad supernaturalem statum gratuito elevatus fuit. Hinc profunda hujus systematis cognitio subobscura nobis est ob multiplicem ejus rationem, ob divinae sapientiae infinitatem, ob summam ejus amplitudinem et durationem. Quapropter firmissime tenendum est omnes quicumque contingunt eventus, justissimam causam habere hoc ipso quod contingunt. Atque hoc modo omnes

impiorum argutiae explantur, omnes mundani eventus a divinitate ordinantur, omnes nodi praecidentur: nihil enim hucusque in medium afferre potuerunt profani homines, quod probet in certa quadam hypothesi non esse sapientissimum sapientissimum.

Atque haec sunt praecipua quae pro tempore non pro argumenti gravitate dicere visum fuit de Deo, quatenus naturae lumine nobis innotescit. Summum hoc unicum verum Numen obsecro (cujus honoribus et hanc dissertationem, et cetera quae per annorum decursum pertractata sunt dicata volo), ut nos omnes juxta suum beneplacitum dirigat, fideles sibi inveniat in obsequio, ut post mortalis vitae curriculum ejus conspectu aeternum perfruamur in coelis

Finis Methaphisicae

[illegible]tur: nihil
[illegible]on esse vel:

[illegible]arumque iuni
[illegible]terā que
[illegible]ensat in

INDEX

capitum,

quae in hoc primo tomo continentur.

Philosophiae candidatis. — pag. 3

In universa Philosophia Prolegomena. — 5

Introductio in Logicam. — 9

Logicae pars prima Analitica, sive de ratione veritatis tum inquirendae tum cognoscendae. 11

Cap. I. De natura, facultatibus, et operationibus mentis. — 11

Cap. II. De ideis et notionibus. — 17

Cap. III. De cognitionibus, atque variis earum specierum et gradibus, sive de veritatis criterio. — 22

Cap. IV. De cognitionibus, quas per nosmetipsos acquirimus. — 32

Cap. V. De recto auctoritatis usu, et de arte critica. — 37

Cap. VI. De erroribus, eorum causis, et modo ab iis cavendi. — 47

Logicae pars secunda Dialectica, sive de ratione veritatis tum proponendae, tum demonstrandae. — 52

Cap. I. De vocabulis seu terminis, qui idearum vel notionum signa sunt. — 53

Cap. II. De propositione. — 56

Cap. III. De Argumentatione et de argumentorum fontibus. — 63

Cap. IV. De ~~Disputationibus~~ sophismatibus et fallaciis. — 75

Cap. V. De Disputationibus. — 78

Cap. VI. De Methodo. — 83

Appendix de evidentia, sensu intimo, sensu naturae communi et sensibus externis. — 87